

ANTONII MVSÆ
BRASAVOLI MEDICI FERRARIEN-
SIS IN SEXTVM LIBRVM APHORIS-
morum Hippocratis & Galeni, Commenta-
ria & Annotationes.



I QVIS HVIVS LIBRI SVMMAM QVANDAM in principio enarrare tētauerit, hic idem si hoc aget, aquā cri-
bro haurire poterit, nam adeo uarij sunt, distincti, atq; breues
Aphorismi, ut nullus sit quantumcumq; ingenio præditus, qui
breuius, quam ab Hippocrate dictum sit, possit huīus librisen-
tentiam referre. Tamen si quæ summa & breuis omnium re-
petitio fieri possit, hæc est. In hoc libro ab Hippocrate signa
edoceri, quibus bona, aut mala quæ futura sunt, simpliciter
proferre & prædicere possimus. Et ideo hic liber prognosti-
cus nuncupari poterit. At ne uel summum apicem in hac no-
stra interpretatione omittamus, scire oportet, hæc inscriptione huīis lib. in impressis codi-
cibus prefixa esse: Galeni in sextum Aphorismorum Hippocratis, sed potius legendum
est, Galeni liber sextus in aphorismos Hippocratis: tamē antiquis noster contextus ita
habet τελωνὴ εἰς τὸ ἐπέγιον ἀφορισμῶν, Aldinus uero legit τελωνὴ εἰς τὸν ἀφορισμὸν ιππο-
κράτεως. Sed hæc ad rem ipsam nihil faciunt. Nos enim Hippocratis uerba interpretāda
suscepimus, nō libri inscriptiones considerandas. Hoc igitur modo exorditur Hippo-
crates.

APHORISMVS I

IN longis leuitatibus intestinorum, si ructus acidus fiat, qui prius non erat, si-
gnum bonum.

B R A S A V O L V S .

S I QVIS diu intestinorū leuitatē passus sit, & prius acidus ructus nō habuerit, qui ta-
men fieri incipiāt, hoc bonū signum est, quoniā naturalem calorem iam creuisse signifi-
catur, & potentia habere mouendi materiam illam, quę in uentriculo est, & quam prius
mouere non poterat in fatus. Philoth. uero dicit, ab Hippocrate symptoma ponī quod
morbū sequit̄, inquiēs, φύεται πάσην ἀφορισμόν, ποὺς αὐτὸν γυμάτων σχελέτερον τὸ δὲ γρυπα-
πτραχών. οὐδὲ νοσημαὶ ὡτιγίνεται, ὡσπόρ τὴν πλούσιόν δε πυρετόν. οὐ νοσημαὶ συμπτώ-
μα, ὡσπόρ τυρετοῦ κεφαλαλγία, οὐ συμπτώματα νοσημα, ὡσπόρ τὴν κεφαλαλγίαν τρόπον, οὐ συμ-
πτώματα σύμπτωμα, ὡσπόρ τὴν ἀγρυπνίαν κεφαλαλγία. ξωστίθετον νόσομα ἐπερθεῖται λεγόμε-
να, οὐ δὲ νοσημαὶ σύμπτωμα ὡτιγύρων, ὡσπόρ δεινοῦ ὁξυρεγματος. idest, In præsentí aphorismo
de his quę sibi succedit, disputat. Succedaneū uero quadrifariā succedere potest. uel em-
morbus morbo succedit, ut morbo laterali febris; uel symptoma morbo, ut febri capitis
dolor; uel morbus symptomati, ut dolori capitis ariditas; uel symptoma symptomati,
ut uigilæ dolor capitis. Supponit ergo morbus qui est intestinorum leuitas, & in mor-
bo symptoma superueniens, quod est acidus ructus.

Ἐν ταῖς χονίνοις λεγότεροισιν. idest, In longis lienterijs. Quas latini intestinorum leui-
tates uocant, est aut̄ intestinorū leuitas (ut Galenus in cōmento edocebit) quando non
fit cibi immutatio, neq; in colore neq; in odore, neq; in aliqua qualitate. Nos aut̄ adden-
dum uolumus, uel est parua & exigua mutatio, nam si nullo modo cibi mutarētur, esset
penitus naturalis caloris defectus. fit autem multis de causis intestinorū leuitas, una est
ex humorib; acutis, intestina & uentriculum in superficie mordicantibus, nam cū cibis
ad exulceratas partes permeat, dolorem sentiunt, & cibū propellere coguntur. In hacq;
leuitate erit sensus cuiusdā morfus. quādoq; fit ex uetriculi & intestinorū imbecillitate,
quia hæ partes à cibis grauatae, statim eos demittunt, & hæc intestinorū leuitas aliquā
doloris

doloris sensum nō habet. quādōq; fit ex multa uētriculi & intestinorū humiditate, quādōq; ex intēsa frigiditate, quē cōtentiuā uirtutē imbecilliorē reddit, & coctionē impedit. De his in presentiarum sermo est, quādo aliquis longam intestinorū leuitatem ob uen triculi & intestinorū imbecillitatē atq; frigiditatem cibī nō immutantur, nec alterantur, sed ut insūmuntur, exēunt, unde opus est, contentiuā uim imbecillā esse, & simul cōco tricē, uel esse corruptas, expulsiā uero fortē. Philotheus easdem ferē leuitatis intesti norū cauſas adducit, cuius uerba hæc sunt, ἀντὶ γένεσις λεγομένης, οὐδὲ πολὺ τῷ τρόπῳ ἀλκησθεῖσαν, οὐδὲ αἰδίνεται τὸ καθεύλκην διωκμένος, οὐδὲ ἀλκησθεῖσαν διωκμένος τὸν φυγαῖν τερπόσαν εἰς τὰς, οὐδὲ χυμὸν φυγαῖν πλευράν τας, καὶ τὸ αὐτὸν ποιεῖν τας. idest, Sed ipsa intestinorū leuitas, uel ob exulcerationē intestinorū in superficie fit, uel ob imbecillitatē cōtentiuā potentiae, uel alteratricis potentiae, ipsas per frigidā intemperaturā mor tificantē, uel ob frigidum humorē superabundantē, & hoc idem facientē. Si uero petas, secundum quē modum intelligendus sit Hippocrates. Respondeat, γένεσις εἰς πολὺ τῷ τρόπῳ αἰδίνεται τὸ καθεύλκην διωκμένος γενομένης λεγομένης ὁ λόγος τοῦ ποιητή. idest, Hic igit̄ Hippocrati sermo est de intestinorū leuitate per imbecillitatē cōtentiuā potētię facta.

Οὐρηγίας τῶν γενομένων, idest, Si ructus acidus fiat. Quando aliquis ex prædicta cauſa, intestinorū leuitatē patitur, naturalis calor in cibos nō agit, sed exēut uel inalterati, uel parū immutati. Si naturalis calor augeri incipiat, in principio tantus est, ut coquere possit, sed in acidū saporē alterat; sicuti lacti contingit, quod in frigido uentriculo acescit: tam en hoc casū calor est tantus, quod flatus incitare potest, unde flatū facit, qui à dimi nuta caliditate fit. & quia perfecte coquere non potuit, tamen immutauit, in acidum duxit; propterea si ructus acidus fiat, signum est naturalem calorē creuisse, qui nihil prius immutabat, & qui non poterat etiam in flatus materiam conuertere. nunc uero illam in flatus uertere incepit. Solet autē ut plurimū intestinorum leuitas, longas egritudines, sequi, nam alteratrix uis, & contentiuā in longo morbo debilitantur.

Πρότροπος μὴ εἶτε, idest, Qui prius nō erat.] Aldinus contextus habet μὴ πρότροπος γένεσιν, sed idem est sensus, quia si in principio fuerit acidus ructus, & perseveret, nō est bonum signum, sed solum si prius nō fuerit, deinde fiat, nam si ab initio sit (ut Oribasius dicit) malum signū est, est uero & acidus ructus malum signū, qui significat concoctionē diminutā, tamen est maius malum nō adesse, quia concoctio ablata significatur. Id aut̄ quod est minus malū, respectu eius quod est magis malum, pro bono accipitur. fit uero & alijs ex cauſis ructus acidus, præter hanc, scilicet ob coctionis imbecillitatē ex mala frigida tēperatura, sed illae cauſe hic nō intelliguntur, quoniam acidus ructus ex atra bile fieri potest, qua circa os uentriculi cōtineatur, & ex praua calida tēperatura, qua cibū adee ebullire facit, ut in aciditatē quandam ducat, sed alterius generis q̄ illa sit qua & fri gidity fit, potest etiā ex acida pituita fieri, qua & capite ad os uentriculi confluat. Plinius uero dicit si quis pena uulturis dentes purget, eius halitum acidum fieri.

Μεῖον αἰγαδόν, idest, signū bonū.] Cur uero signū bonū sit, diuinas causas Oribasius assi gnat. Primo, quia materia, quē intro decurrebat, dissolut uirtus, & ad exteriora pars alii quadratur, & fit deriuatio de loco ad locū. Secundo, quia significat frigidam & glutinosam materiam iam à calore solutā, ut fiat acidus ructus. Sed uera cauſa, cur bonum signum sit, est quia significatur, naturalem calorem, qui erat ferē defectus, & nullam coctionem faciebat nec perfectā nec imperfectā, nūc aliquā coctionē facere, & esse adeo robustū effectū, ut fumos eleuare possit, flatū excitare. Signū igit̄ bonū est, quia significatur naturalem calorē crescere, & ad suū terminū redire, unde & à Philotheo dicitur signū bonū esse ὡς στον ἡμίπεντα. idest, tāq; sit semicoctio, prius uero nulla fiebat coctio. Aetius etiā lib. nono, capite quinquagesimo primo de intestinorū leuitate agens hęc dicit, Videtur aut̄ bonum & amicū signum in eis ructus acidus esse. Indicat enim iucundi quippiā factum esse, & uentre ac intestina nō ueluti inania cibū sinere pertrāsire. Itaq; cum eiusmodi sit affectio, facile est intelligere, quod uim retentiā ac concoctionā facul tam tum uentris, tum intestinorū omni modo refocillare oportet. Quod sanè per cibōrum conuenientiū exhibitionē fieri potest, perq; diætam restituendis ac refocillandis utribus aptam, & ut simpliciter loquar, eodem medicationis ductu utendum est, quem ad celiacos & dysentericos habes præscriptum. Aetius hactenus.

LE VITAS intestinorum est uelox exitus eorum quae comeduntur, atq; bibuntur, quae talia deficiuntur, qualia fuere deuorata. Si quis uero ueller breuiorem afferre diffinitionem, diceret esse carentiam coctionis, cum neq; secundum consistentiam, neq; secundum colorem, uel odorem, uel ullam omnino qualitatem, in uentriculo facta fuit mutatio ciborum. Tale autem nomen haec passio sortita est existimantibus illis, qui prius talem ei indiderunt appellationem, fieri ipsam propter intrinsecas superficieas intestinorum leuitatem, ob quam cibos qui continentur in eis non amplius apprehendunt, ut cum suam seruarent sibi à natura inditam asperitatem retinebant. In pluribus itaq; a lijs qui primi nomina rebus imposuere collaudandi, non tamen in leuitate intestinorum uiros accepto, qui ignorauerint quod ipsius uentriculi proprium est cibos amplecti, ac se circumstringendo, certo tempore retinere & rursus ad inferiora demittere. Et sicuti in uesica fit urinæ stolidum, non expectante ut illa colligatur, sed statim tanquam mordentem, aut aggrauantem, expellente: sic & in uentriculo ueloces exitus, hi enim sunt omnium excretionum causæ: quas si illi sciuisserint, qui primi hanc passionem leuitatem intestinorum nominarunt, talem de ea opinionem abieciissent, & vice eius, totius uentriculi, atque intestinorum imbecillitatem in causa posuissent, ob quam haec partes corporis grauatae à cibis assumptis, ipsos confestim excernunt. Fieri autem potest aliquando ut à quorundam humorum mordacitate in superficie exulceratis, fiat haec passio, & si uis ipsa non multum patiatur: tunc enim erit necessarium, ut permeantibus cibis, partes exulceratae dolorem sentiant, atq; ideo illos propellant, atq; à se ipsis citissime emittant, quo in omnibus partibus factio, uelocitas exitus subsequetur, & nullum fiet initium coctionis. Verum tali intestinorum leuitati cuiusdam morsus inheret sensus. In illa uero quae accidit propter uentriculi atque intestinorum imbecillitatem, absque ullo doloris sensu fiunt defectiones. Adebat autem & haec haud parua utriusque differentia. Quae enim abrafa fit humorum acritudine uentriculi atque intestinorum superficie, cessante humorum malignitate statim sanatur, cibis, ac portibus quae uim densandis habent. Quod si longiori tempore perseueret, in alteram passionem quae Dysenteria, id est difficultas intestinorum nominatur transmutatur. Quae autem potentia rementiæ sequitur imbecillitatem, omnino quidem fit ex intemperatura. Sed uel ipsorum corporum quae iam habitum quandam non facilem solui contraxerunt, est dispositio, uel propter humorem aliquem qui in uentriculo atque intestinis continetur euenit, ex quibus humoribus unus est pituita. Vnde & acidos ructus qui tali passione laborant, habent, quos græci ὄψυχεις nominant, qui sine aliqua pituita quandoq; in uentriculo frigidore fiunt, & in quibusdam leuitatibus intestinorum, quæ ex frigiditate ortum habent, una fiunt, sed progressu temporis cessant. Nam ab initio paruo quodam tempore cibi in uentriculo retinentur, procedente autem, atq; aucta passione, neque hoc tempore retinentur. In quibus igitur paruo remanent tempore, fit quoddam ueluti initium concoctionis, & propter hoc non sortitur effectum. Nos uero didicimus imperfectas coctiones ex frigiditate prouenientes ructus acidos facere. In quibus autem cibi nullum habent coctionis initium, neque uilla ab initio fit secundum qualitatem mutatio, adeo quod neg; ructus acidi, nisi pituita, præsertim acida, in uentriculo abundet. propterea Hippocrates non simpliciter dixit bonum esse signum acidos ructus in leuitatibus intestinorum, sed primum quidem in longis adiecit, quasi cum incipientibus, ut dictum est sæpius, una eueniant, deinde ubi prius non fuerint, inquit. Quæcumq; enim à pituita uentriculum refrigerante fiunt leuitates intestinorum, semper cum ipsis sunt acidi ructus, ut casus quidam. Illis igitur quæ neq; incipiunt, neque ex pituita fiunt, non insunt acidi ructus. quod si aliquando fiunt, significant tantum aliquando tempus cibum in uentriculo retineri, quod principium mutationis accipiunt, & naturam suorum operum reminisci. Et iam, ut arbitror satis implesse videor expositoris officium. Si quis uero eorum quæ dicta sunt uult capita omnia scientia comprehendere, in tractatu qui de potentijs naturalibus inscriptus est, non paucas habet de uentriculi uiribus demonstrationes, in causis autem accidentium, de omnibus quæ uelociter excernuntur. Quoniam uero Erasistratus in

tus in secundo de uentrículo mentitus est de medicis se ætate superioribus , turbas autem atque confudit intestinorum leuitatis notionem , melius mihi usum est hæc superaddere , & primum ipsius Erasistrati uerba subscribere , quæ ita se habent . De ea quæ leuitas intestinorum nominatur dicendum , quam priores medici in tres partes diuiserunt , in difficultatem intestinorum , in leuitatem intestinorum , & tentio nem , & quidam in his quæ excernuntur differentias considerantes passionis atque dientes . Quando enim sanguinolenta , atq; mucosa exeunt , quæ à uentrículo fuere concocta , tunc difficultatem intestinorum nominabant . Si uero exuentia cruda , mixta autem sanguinolentis , atq; mucosæ , leuitatem intestinorum uocabant : cum uero biliosa mixta cum sanguinolentis , atq; mucosæ excernuntur , tensionem passionem appellabant . Hæc igitur Erasistratus inquit , nescio qua ductus opinione adjiciens crudis excrementis mucosæ , ac sanguinolenta . Hoc enim nullus apposuit , neq; eorum qui eius ætate claruerunt medicorum , ueluti Philotimus , Erophilus , Eudemus , neq; eorum qui posteriores fuerunt Archigenis sectatores , neque quos ipse citat , medici superiores , hoc est ipso Erasistrato seniores . Diocles siquidem in libro de curatione causa passionis , scribit in hunc modum . Tertia fit magna ex parte ex difficultate intestinorum . Vocatur autem leuitas intestinorum , ad quam sequitur deiection humida , ac spuma & cruda , & multa , & cito post cibum assumptum , ac potum . Praxagoras autem in secundo de assidentibus , inquit . Intestinorum leuitate laborantibus , quoniam lubricum est intestinum , ieiunum præsertim , necesse est cito ciborum fieri deiectiones . Post hæc deinceps , quod necessarium sit cito exuentia esse omnino cruda , Praxagoras scribit , maxime quidem passionis proprietatem in cito ponens deiectione . Quod uero cibi omnino incocti permaneant , hoc unum faciens ex his quæ necessario consequuntur . Neq; enim quia omnino incocti permaneant cibi , ideo cito deieciuntur , sed quia cito deieciuntur idcirco nullam habent coctionem , atq; ideo nos , & alij medici plurimi citam ciborum nullam habentia coctionem deiectionem , dicimus esse leuitatem intestinorum . Sic & de ipsis uidetur sentire , & alij medici antiqui . Nam & in libro de passionibus Hippocrates , siue eius sit liber , siue Polybi eius discipuli , hæc de leuitate intestinorum scripta inueniuntur . Cibi deieciuntur imputridi , humidi , absq; dolore , corpus autem extenuatur . Liquet uero fuisse morem antiquum istorum uirorum uocare imputrida quæ nos incocta nominamus . In libro aut de uictu salubri , qui etiæ & ipse Hippocratis adscribitur , sicut qui adulterinū censent , nonnulli ad Aristonem , nonnulli ad Philistionem , quidam ad Phœstam , referant , scribuntur hæc uerba . Patiuntur nonnulli talia , cibus eis deieciuntur , humidus , incoctus , non propter morbum , uelut leuitatem intestinorum , neq; aliquem ipsis affert dolorem . Hi quidem uiri omnes Erasistrato seniores . Mille autem alij , quos dixi omnes qui Erasistrati ætate uiigerunt in eandem sententiam de intestinorum leuitate scripserunt . Quare nescio qua causa ductus de priscis hominibus mentiatur , illos inquiens arbitrari in leuitatibus intestinorum sanguinolenta , atq; mucosæ cibis incoctis commisseri .

BRASAVOLVS

P R I M O Galen docet , quid sit λευτήσις . idest , Intestinorum leuitas . est aut uelox exi tis eorū que comeduntur , & bibuntur , quæ talia deieciuntur , qualia fuere deuorata . Brevis aut dicitur esse propter parentia coctionis , quādo neq; secundū substantiā , nec secundū colorē , nec secundū odorē , nec secundū alia qualitatē , ciborū mutatio in uentrículo fit . nos uero dicamus uel paucā immutationē factā esse , quia si nulla fieret , penitus nō nutritur , & ex consequenti quisq; moreretur , qui saltē per octo dies intestinorum leuitatē pateretur .

Quod legitur , si quis uero uellet breuiorem afferre definitionem , græce est συμπούσιον τοῦτο οὐ λίγη τιλὺ αφοικέμενον , εποιησθαι πεντεως , concoctionis priuationem .

S E C U N D O Galenus docet , unde haec passio suum nomen sortita sit λευτήσις intestinorum leuitas , inquiens primos illos impositores existimasse quando fit haec passio , intrinsecā intestinorum superficiē leuiores fieri : unde cibi , qui in ipsa continentur , non retinentur , sicuti prius retinebantur , quando intestina suam asperitatem sibi naturalem serubant . sed hi (inquit) in multis nomina rebus apta imposuerunt . huic uero minime , quia ostendit se ignorare , quod propriū est uentrīculi , amplecti cibos , & ipsos cōstringē

do certo tempore retinere, & deinde ad inferiora remittere. & sicuti urinæ stillicidium sit quæ urinæ in uestica non colligit, sed statim impellit, ueluti illa que mordet et aggrauat, id est in uetriculo cōtingit, nā cibis uelociter exēit. Si illi antiqui hoc cognouissent, tale de intestinorū leuitate opinionē nō habuissent: immo causam fecissent, & uetriculi, & intestinorū imbecillitatē, hec etenim partes cibis grauatae, eos demittunt, & cōfertim excernunt.

Quod legitur, & rursus ad inferiora demittere, græce est οὐ τοις ἀθεῖς κέρω, & rursus ad inferiora expellere.

Quod etiam legitur, hi enim sunt omnium excretionū causæ, legi debet hec, & postea addenda est particula communes, nam græce habetur ὡς ταὶ γάνηνοι νομίους εἰσιν οὐκεῖται, id est, hec enim sunt omnium excretionum communes causæ.

T E R T I O Galenus leuitatis intestinorum causas edocet, una prius dicta est, uentri culi & intestinorū imbecillitas, alia est humorū mordacitas, qui uentriculū & intestina mordicant & exulcerant. cū uero cibus ad ulceratas partes accedit, dolorē persentiant, & cibum ita emittunt, ut coctionis initii non fiat. Sed hæc intestinorū leuitas, morsum quendam & dolorē habet. Illa uero, quæ ex imbecillitate fit, sine dolore est. Adde illa que fit ex exulceratiōe, euacuat̄is humorib., cessare, si styptica exhibeat̄ur: si uero diu perferueret, in difficultatē intestinorū pertrāsit: sed illa, que ex imbecillitate fit, uel intēperaturam sequit̄, uel humorē aliquę, ut est pituita, que in uetriculo & intestinis cōtineantur.

Quod legitur, Quo in omnibus partibus factō, græce est, τότε δὲ σῆμα πάντων οὐ μολύβδος. id est, Hoc autem in omnibus partibus factō.

Quod etiam legitur, Cibis & potibus quæ uim densandi habent, hec particula quæ uim densandi habent, græce est συφόντων, id est stypticis.

Q V A R T O docet, eos qui intestinorū leuitatem ex imbecillitate cum materia ut pituita, patiuntur, acidos ruſtus habere, quos græci ὄψεγγια; uocant: immo & si fiat sine pituita, sed ex puro uentriculī frigore quandoq; fiunt acidi ruſtus, & hoc est in quibusdam intestinorū leuitatibus, quæ ex frigiditate ortū habet, in quibus simil in principio ruſtus acidi fiunt, postea uero cessant, quia in principio leuitatis intestinorū cibi in uentriculo parū quid retainunt, unde acescunt. In processu autem temporis, intestinorū leuitate crecente, amplius non retainentur, propterea quando coctio est imperfecta, fit acidus ruſtus. quando est nulla, non fit ruſtus, nisi pituita acida in uentriculo abundet, propter hoc Hippocrates absolute nō dixit, in leuitatibus intestinorum acidus ruſtus, bonum: sed addit, in longis, quia in incipientibus plerūq; sunt. & addit, si prius nō fuerint, quoniam cum à pituita fiunt hec intestinorū leuitates, semper acidos ruſtus habent. unde longæ intestinorū leuitates, & in quibus ægrī ruſtus acidos prius non habent, illæ sunt, de quibus Hippocrates uerba facit, quia à pituita nō fiunt, neq; incipiunt: si in his ruſtus acidi contingat, cibum tanto tempore in uentriculo contineri significatur, quod mutationis principium accipit, & significatur natura ſuorum operum reminisci, scilicet retinere cibum, & coquere in quantum potest, ideo bonum ſignum est.

Vbi legit̄, In quibus igitur paruo remanent tempore, deest particula ſolū, nam græce dicunt, οὐ οἱς ἐπὶ ὀλιγοχορίᾳ οὐ μονή, id est, In quibus igitur paruo ſolum tempore remanet.

Quod etiam legitur, & propter hos non fortitudo effectum, græce est οὐ τοις ἀθεῖς κέρω χια, id est, & propter hoc frustratio uel inanis conatus.

Quod statim ſequitur, Nos uero dicitis imperfectas coctiones, hec particula imperfectas coctiones, græce est ἀριστερὰς τὸ πεντεκατούρης, uocabulū ἀριστερὰ casuale significare uideſt.

Quod etiā legitur, Quasi cum incipientibus, græce est οὐ τοις ἀθεῖς κέρω χια, id est, tanquam cū incipientibus, & hic deest una particula, scilicet eas excludens, quæ ab initio statim ſecum eueniunt: unde dicens in longis, ruſtus acidos excludit, qui statim in principio cum intestinorum leuitate fiunt, hoc igitur modo cōtinuatio fieri debet, sed primū quidem in longis adiecit, eas excludens, quæ ab initio statim ſecum eueniunt, tanquam cum incipientibus ut dictum est, ſæpius unā eueniunt, hæc ſententia huic parti omnino addenda erat, tamen nec in Aldino contextu, nec in noſtro antiquo inuenitur.

Q V I N T O Galenus docet, ſe explesſe expofitoris officium, tamen ſi quis omnia capita, per modum ſcientia ſcire uoluerit, librum De naturalibus potentijſ legat.

S E X T O docet, Erafiltratum in ſecundo de uentriculo de medicis antiquioribus menti-

mentum esse: nō turbavit & cōfudit notionē leuitatis intestinorū. propterea Galeno cōueniens uide hāc persuadere, sed prius Erafistrati uerba subscribere cōcepit, qui uoluit secundū antiquos leuitatē intestinorū distingui in difficultatē intestinorū, in leuitatē intestinorū, & in tētētōs, id est, tentiōnē. Si sanguinolenta atq; mucosa exeat, difficultas intestinorū est. Si cruda sanguinolētis & mucosis mixta, est leuitas intestinorū: si biliosa mixta sanguinolentis atq; mucosis, est tētētōs, id est, tentiō. sed Galenus ipsum reprehēdit, quia nullus antiquorū hāc simul apposuit, mucosum, & sanguinolētum, quae ipse apponit discurret Galenus usq; ad coeūos, & particularia Dioclis & Praxagore uerba adducit. tu illa uide, adducitq; Hippocrate ipsum, ut probet, in intestinorū leuitatē sanguinolētā, & mucosa non deiaci, itaq; ostēdit Erafistratū de antiquis mētiri.

Ybi legitur, neq; eorum qui posteriores fuerunt, tria uerba desunt, quae sunt, usq; ad recentissimos hos Archigenis sectatores. Græce enim est, οὐ τῶν μετ' αὐτὸν γνωμένων οὐδὲ τῶν νεωτέρων τέταρτη. Quod deinde sequitur τῶν πολὺ τῷ αὐτῷ γέγοντι. In nostro antiquo contextu habetur ἡ τῶν πολὺ τῷ αὐτῷ γέγοντι. at quantum sit pro intentione ipsa, nihil refert. In Galeno antiquum in nominibus morem obserua, nam antiqui illa ἀποστάται, id est, imputrida uocabant, que nos ἀποστάται, id est, incosta nuncupamus.

Quod legitur, Quidam ad Phestam referant, legi debet ad Pherecydem. nam Græce est οὐδὲ εἰς φρεσκυδίων.

Quod etiā legitur, Mille autem aliij, quos dixi, omnes qui Erafistrati aetate uiguerūt, Aldinus contextus eodem præcise modo legit, ut ex Leoniceni interpretatione prescripsimus, sed antiquis noster cōtextus ita habet μυεῖος δὲ ὡς ἐφίων, ἄλλοι κατ' αὐτὸν τῷ φρεσκυδίῳ γέγοντες. id est, Mille autem aliij, ut dixi, qui post Erafistrati aetatem nati.

APHORISMVS II

Q Vibus nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra sanitate fruuntur. Quibus uero contraria, salubrius degunt.

BRASAVOLVS

IN tertio Aphorismorū libro humilitates siccitatibus insalubriores esse iudicauit: propterea qui humidam naturam habent, hi minus integra sanitate fruuntur, q; qui siccum: unde hic ab Hippocrate dicitur, Illi qui natura humidas nares habent, & humidā simul genituram, ita sanī non sunt, sicuti illi qui contrario modo se habent, id est, qui siccias uel temperatas nares, & semen siccum uel temperatum habuerint. Oribalius alium quandam sensum, quām is qui dictus est, huic aphorismo diuersum refert. nam de sanis & ægris sermonem fieri cenlet, ut in sanis humidae nares, & genitura humida malū sit, quia non est secundū naturam. Si uero ægri è contrario nares humidas, & semen liquido habuerint, bonū est, quia siccitas cōsumpta est, & ad tēperiem reuertitur natura, nā humor humectauit arentes nares. Sanguis uero, unde semen genitale originē dicit, qd' ante glutinosum fuerat, calore suo īā reparauit, sed hoc Hippocrates nunq; somniauit.

Oīt ἔπεις ὑπόθεσίς τε, καὶ ἡ γρῦν ὑπάρχει. id est, Quibus nares natura humidæ & genitura humida. Ita habet noster antiquis cōtextus in secunda lectiōne, & Constantinus, atq; Theodorus in suis habuerunt. Leonicenus in comparatiō legit ὑπόθεσα, id est, humidiores, & hanc lectiōnē antiquis noster contextus in prima lectiōne, & Aldinus sequuntur. At q; uis nares nominet, tu tamen omnē partem, per quā membrum aliquod principale expurgatur, intelligere debes: ex narī uero humiditate, aut totum corpus humidum esse, aut caput faltem deprehēdit. unde & à Philotheo dicitur, οὐ τῷ ἀπέψῃ, πίνεται, εἰδούσα τὸ εγκέφαλον, id est, per id quod dicit Nares humidæ, significauit caput. Ex capitī aut humiditate totū corpus plerūq; humidū efficitur. Si uero petas quomo- do intelligēdā sint humidæ nares. Respōdemus, illas intelligēdas esse ē quibus mucī & pituita in copia descēdunt, cōparatione ad hominē tēperatū facta: sed quia hic tēperatus homo nō iauenitur, neq; oculis uidetur, ppterēa tu illū intellige, qui nares magis humidæ, q; pro cōmuni hominū cōsuetudine nactus sit. Additq; Hippoc. natura, qm si quis per accidēs, uel per pluviā ambulauerit, uel nimis comederit, uel ob aliā extrinsecā causam humidiores nares habuerit, hic iudicādus nō erit, quod integra sanitate non

fruatur, nisi in eo tempore in quo nares humidas habet. Per semen uero humidū, fluidū semen & aquosum intelligit, quale illud esse solet, quod uel nō generat, uel foemellas generat. Si enim semen aquosum sit, et uel pars sanguinis, uel superfluitus sanguinis, uel puritas sanguinis existimet, sanguineā massam totā humidam esse significatur, unde & Philotheus dicit σέ τὸ ἐπέιγ, γονὴ ὑγρὴ, τὸ πᾶν σθενα, id est, per hoc quod cōcit semē humidū, totum corpus significat. uel ex hoc quia semē humidum, cerebrum humidum significatur, quoniam apud Hippocratem magna seminis pars ex cerebro delucitur.

ὑγιαίνεται νοσηλότροι, id est, minus integra sanitate fruuntur.] uel, ut Theodus, iij ua litudinarij degunt; quia humiditas putredinī causa est, atq; mater, & cum cerebūm humidū habeant, ad destillationes sunt prompti, quæ ad omnes corporis partes producere possunt, & ita sunt ad omnia hæc proni, quæ tanto facilius incurrunt, quanto anni epo ra inclinabūt, unde hi ex facili causa materiales ægritudines incidēt. Nec id dignū est autu ditu, humanā uitam humido inhærere, propterea humidos siccioribus magis sanos esse oportere: quoniam hic de superflua humiditate intelligitur, & non de illa naturali, in qua uita fundatur. A recentibus præterea multa argumenta fieri cōsueuerunt, quibus probant humiditatē minus nocere siccitatē. tū quia nōumentū humiditatē in pinguedine minus est, q; siccitatē nōumentū in macie, & conuulsio ex inanitione deterior est illa, quæ ex repletione fit. tamen prima ad siccitatē, secunda ad humiditatē cōsequitur. Adde, ægritudines siccas humidis deteriores esse, nā in siccitatibus sūt acutæ febres, & ui cus exsiccatiūs deterior est humectatio. At si tu hæc argumēta recta lance consideres, ad rem ipsam nihil facere percipies. nullus enim dubitat ægritudines siccas, & sym ptomata, quæ ex siccitate proueniūt, esse maiora, q; illa quæ ex humiditate, nec istud negat Hippocrates, qui in tertio libro edocuerat, in siccitatibus fieri acutos morbos, in humiditatibus non acutos, nec in præsentiarū dicturus est natura humidos int̄siores morbos incidere, q; siccios, sed id solū edocetur est, quod siccii ad morbos minus extenduntur, q; humidū, quoniam humidū mille occasione habet morbos incidendi, quas siccii, uel tēperati non habent. Sed Hippocrates ipse in seipsum pugnare uidetur, nā in sexto Epidemiarū libro, ad uerbū ita protulit, Quibus nares suapte natura humidæ sunt, semenq; genitale liquidū & multū, morbo modo hi sani sunt; quibus uero contra, magis morbos sunt. Cū Græco Hippocratis cōtextu carerē, hanc partē ita intelligebā, ut in sexto Epidemiarū, hos alijs magis sanos esse, quia bene expurgantur, q; quis & humiditatibus abundant, at in hoc aphorismorū libro minus sanos esse intelligit, id est, in ægritudines magis pronos. Itaq; intelligebā dictum sexti Epidemiarū, ut eos intelligat, qui bene expurgantur, hi enim sunt magis sani, q; illi qui non expurgātur, hic uero de superfluis defluxib; ex his partibus intelligit. Tamē non Hippocrates, sed Caluus Rauenas huius difficultatis causa uidetur, qui Hippocratis uerba apte non uertit, hec enim sunt Hippocratis uerba sexto Epidemiarū, sectione sexta, οἰστέρες ὑγρόταται φύσει, καὶ οἱ γονὲς ὑγροί, τόποι οὐ πλέων, ὑγιαίνεται τὸ νοσηλότροι, τοῖστι πλεῖστοι δὲ οἰστέρες νόσοι, τάνακτισι. Quæ si ad uerbum referātur, hæc dicunt, Quibus nares humidæ sunt natura, & genitura humilior, & abundantior, hi ægrius sanitatē agunt. plurimis aut quibus contrariū cōtingit, non sunt morbos, ut hinc colligi possit, eādem esse cum aphorismo sententiā, nam esse sanum morbosius, est non esse sanum, & integrā sanitatem non habere. Vel forte ita uerti potest, Quibus humidiores nares à natura, & genitura humidior & copiosior, hi ægrius sani sunt. Plurimis autem, quibus hæc ex morbo (scilicet eueniunt) contraria accidunt: ut scilicet in ægritudine sanius agant.

οἰστέρες φυακτιά, ὑγιαίνεται τὸροι. id est, Quibus uero cōtraria, salubrissus degūt.] Per contraria, uel tēperatos, uel siccios intellige, quia mediū respectu extremi, alterius extremi officio fungitur. nā tēperati materiebus non abundat, quæ defluxiones facere aptæ sint. Siccii uero minus habet, propterea Philotheus dicit hos salubrissus degere σέ τὸ ἐπέιγ, θογ., οὐ αλλαχδ εἴσηται, οὐ οἱ αὐχεῖ τῷ επιμετείωψιν ὑγιαίνεται τὸροι. id est, propter superfluitatum defectum, uel, ut alibi dictum est, quod siccitates imbribus sunt salubriores.

Hic autē dubitatio fieri posset, an humidū in ægritudines magis pronisint, quam siccii. Respondemus, siccios facilius febrē incurrere humidis, sed difficilius distillationes & defluxus eisdem. Quot uero morbi sint qui ex capitib; humiditate proueniunt, à Philotheo his

theo his verbis entimerantur, οὐ γάρ πολὺ οὐχίστης ποδὶ τὸν ἐγκέφαλον, οὐ κρατεῖ αὐτὸν, οὐ γέ-
ννηται καὶ βεβαία, οὐ λανθάνει, οὐ διέπιστει αὐτὸν, οὐ πρός τὰς αἰδοῖσις, οὐ ποιεῖ βλάβην αὐτῷ, οὐ
πρὸς φάρυγγα, οὐ ποιεῖ κορτεζέρες. οὐ πρός τὰ πεπτώταρα μορφήν, οὐ ποιεῖ διάφορος νοσήματα. εἰδέ-
χε τὸ πεπτὸν σῶμα οὐ έχότης θύμην, γίνονται οἱ ταῦτα σήμαντα πυρετοί, οὐδὲ τὰ σημείωνάδηλα νοσήματα.
ideft, Multa enim in cerebro humiditas, uel ipsum complet, idest, obstruit, & capititis gra-
uitates fuit, comitiales morbi: uel ipsum fugit: uel ad sensus, & ipsis documentū facit:
uel ad guttū, & destillationes facit: uel ad partes inferiores, & uarios morbos facit. Si
uero per totum corpus humiditas sit, fuit putridæ febres, & putrefactiū morbi.

GALENVS

In siccioribus secundū naturam temperaturis, nulla omnino superfluitas manifesta, neq; sensibilis per nares effluit ex cerebro, sicuti neq; per cutem sudor. Sed illa quæ à medicis difflatio occulta nominatur, superflua extenuata per modum vaporis euacuat, humidioribus uero naturis sensibiles sunt superfluitates, præsertim cerebri, quoniā est natura frigidus. His uero & eisdem genituram, hoc est femē ipsum, ait esse humidiorē, sicuti in siccioribus aquosa humiditate consumpta, crassius ac siccius est semen. Eos igitur qui sunt humidiiores, siue cerebrū tantum, siue corpus uniuersum, non contingit salubrem uitam omnis expertem noxæ traducere, uerum cōtinuo destillatiōnibus ex parua occasione capiuntur, & si superfluitas eis ad inferiora per palatū descendat partes subiectæ offendūtur, fauces, guttū, aspera arteria, pulmo, gula, uentriculus. Tulse itaq; in ipsis fieri, & difficiles anhelitus & anginas, cruditatesq; & uentris profluvia est necessarium, nonnunquam uero, & difficultates intestinorum, quando quod destillat falsum quoddammodo fuerit. Dixit autem & ipse de his, in libro de aquis, de aere, & de locis, sicuti in librīs, & de mōrbīs, ac passionib;.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, in siccis temperaturis nullam sentiri superfluitatem ex cerebro per nares descendere, & nullum sudorem per cutem exire, sed uapores solum insensibiles per meatus evacuari.

SECUNDO docet, In humidis naturis superfluitates sensibiles uideri, presertim per nares, quia cerebrum frigidius.

TER TIO inquit, eandem esse in genitura rationem.

Q Y A R T O ad rem ipsam descendēs inquit, omnes natura humidos, uel secundum cerebrū tantum, uel secundū totum corpus, sani penitus esse non possunt, sed ex parua occasione destillationes incident ad fauces uel guttur, ad asperām arteriam, ad pulmo- nem, ad gulam, ad uentriculum; addē, uel per nervos ad brachia, ad cubitos, ad ischias, ad genua, ad pedes, itaq; diuersa morborum genera fiunt.

Quod legitur, Salsum quodammodo fuerit, lege Salsius. nam Græce est & λυγότορον, Itaq; dicere oportet, quoniam intestinorū difficultates non facit simpliciter materia salsa, sed illa quæ magis salsa est, idest, intense salsa,

Inlogis difficultatibus intestinorū, inediæ ex fastidio, malum: & cū febre, peius.

BRASAVOLVS

C V M intestinorum difficultates inchoant, inappetentia, ex materiebus, quae in uen-
triculo sunt, induci possunt. At si haec difficultates diu perseuerauerint, in uentriculo ma-
teriae amplius esse non possunt, quae hoc faciant, sed potius sunt profundi intestinorum
exulcerationes, cum quibus copitatur, & paulatim copassio ad eius os pertingit adeo ut
fastidium inducat, & inappetentiam, quae malum est, quoniā futuram mortem significat. im-
mo si febris simul adfuerit, tanto peius erit, quoniā plures causas sue necis habet. nam
opus est putredinem, aut magnam inflammationem intus adesse, quae febrem faciat.

[*quoniam* μαρτυρίου δινοντες ποιησεν. In lögis intestinorū difficultatibus.] De lögis nō ab sermonē habet, qm̄ incipiētes ob humores q̄ in uētriculō sunt, ut plurimū inappetitū faciūt, sed difficultate intestinorū durāte hi humores descēdūt, & uim uētriculī appetitū.

tiuam amplius non lèdunt. De intestinorum difficultate libro tertio ubertim egimus, quam Philotheus hic ita definiuit, Δυσεντέρια δημιουρία ελκωσις τῶν φύτοφων, idest, Dysenteria est intestinorum exulceratio.

ā ἀρρώσιαι, idest, Inedia ex fastidio, uel, ut Theodorus, fastidiosæ inediae, uel siccitia, ut nihil appetatur, κακόν, idest, malum] & lethale, Philotheo dicente οὐλοὶ νέκρωσι τῶν θρεπτικῶν διωκμέων οὐλοὶ συμπάθεα, idest, Declarat immutatricis potentiae mortificatio nem per naturalē cōpatientiam. Sunt uero hæ inediae, de quibus hic agit Hippocrates, quædam ciborū displicentia, ut nihil uel adeo sapidū, uel adeo gratu parari possit, quod eius palato cōueniat, hocq; ex uentriculo prodit, qui simul cōpatitur, nā in his longis intestinorū difficultatibus necesse est ex longo tēpore intestina profunde exulcerata esse, & uentriculum, atq; ipsius os compati. Oribasius hic dicit malum esse, quia duobus modis lèditur æger. Primo quia maior fit distēperantia si non reficiatur cibo: ipse etenim putat intestinorum difficultatem ex distēperantia inæqualitate potissimum fieri. Deinde quia geminā debilitatē naturæ inferunt, unā cibī, alterā excretionis. Vnumq; in hoc loco ab Oribasio dicitur, quod re uera absurdum est, scilicet in tribus locis intestinorum difficultatē uere fieri, supra, in medio, & in inferiori loco. Deinde horum locorum differentias ponit, quæ ad rē non uidetur, nec sunt. Inquit enim: supra sit, quoties ipsa exulceratio sanguinē ministrat. In medio, quando sanguinolentū sterlus dejeicitur. Inferiore uero loco, quando crassum intestinū, quod longano dicitur, muccosa strigmenta deponit. Paulus libro tertio, capite sexagesimo secundo ipsam distinguit. Si sit in intestinis gracilioribus, uel crassioribus. Nam si cū stercore mixta exulcerationis signa cum labore, & circa umbilicū tornime excernātur, in gracilibus intestinis tormentum esse cognoscito. Si uero absq; ullius rei cōmuniōne immixtum oletū egeratur, crassorū intestinorum est.

Καὶ οὐ πυρετῷ, κακοῖον, idest, & cum febre peius. Nam præter difficultatē ipsam quæ uires dejeicit, febris superueniens magis dejeicit, & deterius signum est, quamvis raro intestinorum difficultas absq; febre sit. Philotheus peius esse dicit, quoniam οὐλοὶ συπεδενταὶ ἀναι ποὺς εἰλεστοι, οὐ αξιόλογοι φλεγμονῶι, idest, Significat corruptionem, circa exulcerationes esse, uel insignem inflammationem. Hippocrates in fine sexti libri Epidemiorum hunc Aphorismum his uerbis describit, lōgis intestinorum difficultatibus, cibī fastidium, malum est, præsertim si & superfebricitent.

G A L E N V S

DIFFICULTATES intestinorum fiunt quidē ex humoribus acrībus. Sunt autē intestinorū exulcerationes primū quidem summa occupantes, progressu autē temporis, & profundiora, omnino habentia & ulcera putrilaginī obnoxia, quo maxime tempore etiam uentriculus ipsiū compatiens ad concoquendū offendit: qua offensione magis, ac magis ad superiora perueniente, quando & os uentriculi una afficitur, sunt cibum fastidientes, hoc est inappetentes. Sunt quidem & ab initio nonnquam cibum fastidientes propter malos humores fluentes ab hepate, à quibus diximus abrādū intestina, præsertim cum hi amaræ bilis naturā habuerint. Nam pars eorū superfultans ad os uentriculi effertur. In longis uero difficultatibus intestinorum, cum hī casus euerit mortem quandam ipsi aduenisse uentriculo compatēdatione significat, in qua omnino interiūt appetentia, opus ad uitam necessarium. Si uero una cum inappetentia febris adueniat difficultati intestinorum, duorum alterum, uel putredo aliqua est circa ulcera, uel digna effatu inflammatio, atque ita, ut dictum est, toto paciente uentriculo ægrī se habent exitialiter.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, ex quibus fiunt intestinorū difficultates, & quid pariant ex acrībus humoribus: pariunt uero intestinorū exulcerationes, quando in superficie abrasa sunt, in processu autē temporis profundiora hulcera fiunt, & tunc uentriculus simul compatitur, & paulatim ascendit usq; ad os uentriculi, tuncq; inappetentes fiunt.

Quod legitur, Sunt autem intestinorum exulcerationes, primum quidem summa occupantes, Græce est εἰλεστοὶ δὲ εἰστοι φύτοφων, οὐ αρχῆ μὲν ἀπὸ πολὺς ξυνομένων, idest, Sunt autē intestinorū exulcerationes, in principio quidē superficie tenus abrasorū. Vel dicimus exhul-

mus exhalcerationes aut̄ sunt intestinorū in principio quidē superficie tenuis abrasorū.

Quod etiam legitur, omnino habentium & hulcera putrilagini obnoxia, legendum est, omnino habentium hulcera, & putrilagini obnoxia, quoniam illa coniunctio & ante illam particulam, hulcera, poni non potest: aliter non esset conueniens praecedentium cum sequentibus continuatio, quia dicit progressu autem temporis, & profundiora omnino habentium ulcera. At si apponamus &, non esset conueniens continuatio, sed remoueri debet & ante particulā illam, putrilagini obnoxia, poni. nam & cōtextus Græcus ita dicit, τὸν χόνων τὸν βαθύτερον τὸν πιπάνην οὐ πειθεῖσθαι οὐδέντων τὸν εἶλον.

Quod etiam legitur, ex humoribus acribus difficultates intestinorū fieri, Recētes dicūt calidis, & in Galenū dubitat, immo uolunt Galenū ut in pluribus uerum dicere. At nos simpliciter dicimus, difficultatē intestinorum ab humoribus acribus fieri, acria uero sunt calida, ut in libro De simplicium medicamentorū facultatibus edocet, & licet à pituita quandoq; fiat, falsa est quæ caliditatē habet. immo & atra bīlis quæ intestinorum difficultatem facit, calida est. At quod ab Autēna dicitur, quandoq; ab induratis faci- bus fieri, & à materia multum inhärente, uerisimile non uidetur.

S E C V N D O docet aliquos esse, qui à principio difficultatis intestinorum, cibū fasti diunt, sed hoc ob malos humores fit, qui à iecore ad intestina proueniunt, & ea abra- dum. Si quandoq; ad os uentriculi pro parte uertantur, inappetentiam inferunt.

Quod legitur, Malos humores, Græce est ἵχωρας, dictū uero est superius ἵχωρ apud Græcos esse incoctūm pus & aquosum.

T E R T I O dicit, cum hic casus appetitus in longis intestinorum difficultatibus con- tingit, mors iam quedam ipsi uentriculo aduenit compatiendi ratione, in qua interij ap- petentia quæ est necessarium opus ad uitam.

Quod legitur, Mortem quandam, legē mortem iam quandam. Nam Græce est νέ- ρων γέλη τινα. Iam quandam mortis imaginem.

Q U A R T O caulfam reddit, cur si febris superueniat, peitus sit, quia necessarium est, ob alterum duorū contingere, uel quod circa hulcera putredo aliqua sit, uel inflamatio ingens, quæ etiam uentriculum perturbat, propterea exitialiter se habent aegri.

Quod legitur, toto paciente uentriculo, legendum est, toto iam paciente uentriculo, nam Græce est, ὡς τῆς γέλης γέλη γασπός.

A P H O R I S M U S IV

Vulnera circunglabra, praua sunt.

B R A S A V O L V S

Q V A N T O magis in uulnēribus natura & conditiones uulnerati mēbri saluantur, tanto melius est, & uulnera sunt faciliora sanatu, & non letalia. At si uulneratē partis con- ditiones non seruentur, malum est: propterea uulnera quæ in circuitu suo pilos non ha- bent, tamen prius aderāt, sed ratione uulneris cecidere, ea inq; uulnera praua sunt. nam ad ipsa materiæ corrodentes necessario deseruntur, quæ pilorū radices truncant, & am- plius crescere non sinunt: unde difficultia curatu efficiuntur, quia materiæ illæ quæ pilos prohibent & truncant, prohibent etiam ne cicatrix ipsa inducatur.

Τὰ προμέτελλα τὰ ἔλκεα. idest, uulnera, uel hulcera circunglabra & depilata.] hoc est quæ circuita pilos non habeant. Quod etiam intellige usq; ad distantiorem partem. nā pro pinquissimi pilī, semper aberunt in uulnēribus. Intellige præterea quod is uir in ea par- te pilos sit, tamen ob malignam materiam ad uulnus delatum decidat. Philotheus ue- ro hic dicit Hippocratem uo casse uulnera circunglabra τὰ αὐθαλεῖς ξεποφα, idest, ir- regularia, & quæ nutrimentum non recipiunt.

K a n o n b e a, idest, praui moris sunt, uel praua sunt, & maligna] hoc est curatu difficultia, & quæ grauiā symptomata faciunt. Quandoq; hunc aphorismū de uilis carnis intellige- bam, quod tamē Galeno quadrare non uidebatur, quāuis in uerū sensum reduci possit. nam uulnera, quæ circuita uilos continuatos non habent, rotunda sunt, atq; ampla, propterea & mala. Notaq; κανονίς hulceris genus esse ita à Plinio uocatum cacoethes, de quo superius plura à nobis dicta sunt.

Galenus

G A L E N V S .

QVANDO scilicet uideris pilos defluentes à circumiacentibus ulceri locis, uel cu-
tem squamulas è summa parte dimittere, scito his qui ita se habent prauos humo-
res ad partem confluere, qui ulcus erodit. Neq; enim radices quidem pilorum possunt
corrumpere, loca autem ulcerata permittere ad cicatricem peruenire.

B R A S A V O L V S

G A L E N V S Aphorismi causam reddit, quando uel pilos à propinquis uulnern
partibus decidere uidebis, uel squamulas à summa parte cutis, scito id fieri ob humores
prauos uim corrodendi habentes, qui ad uulnus & partes circuicinas tendunt, & erodunt,
& nō possunt radices oēs pilorum corrūpere, nec sinūt ulcerata loca ad cicatricē peruenire.

Vbi legitur, neq; radices quidem pilorum, legendum est, Neq; enim radices quidem
omnes pilorum, tamē in nostro antiquo contextu, & in Aldino hæc particula nō adest,
& ideo ultimæ partis huius cōmentationis sensus est, illos humores nō posse omnes pi-
lorum radices corrumpere, & etiam non posse ulcerata loca permittere ad cicatricē per-
uenire. In nostro antiquo contextu primo adest Galeni cōmentatio, ut à Leoniceno in-
terpretata est, & eodē modo in Aldino cōtextu refertur. Deinde in eodem antiquo no-
stro, huic Aphorismo aliud cōmentum adscriptū est, cui hanc inscriptionē prefīxā inue-
nimus, ὃν ἀλλω, idest, in alio scilicet libro, hæc cōmentatio habetur, scilicet, πολυμάστητε
ἐλπια λέγει τὰ αὐτών μασταὶ οὐ ἄποφα οὐ τὰ φιλόμενα τριχῶν, & τὰ ποιητὰ στιβεῖται ἀπλεύει, τὰς
γαρ ποιήσας αὐτὸν πολυμάστητον ὄνομα. τοῦτο ἐν πολυμάστητετελπια λέγεται, οὐτε τὸ συζερῶν
εἰς ἀπόλωσιν φέρεται, μαρτυρεῖ δὲ τὸ βάθεια ὅν τος χυμῆς, τὰς φίλες ἐκτέμνοντος τῶν τριχῶν, ὡς
πολλὰ μυρά γὰρ τὰς πόνας, idest, Circūglabra ulcera uocat, inēqualia, & quæ nutrimentum
non sentiunt, & pilis dentata sunt, quæ communem sequuntur consuetudinem. tales
enim illa (scilicet consuetudo) circūglabros & caluos nominat. Hęcigitur circūglabra
ulcera sunt cacoethe, idest, malī habitus ulcera, quoniam difficulter ad cicatricem per-
ducuntur, prauo humore in profundo existēte, qui pilorum radices incidunt, sicuti salu-
ginea terra herbas. Sed nos hanc cōmentationem considerantes, uidimus integrum
esse ad uerbum Philothei cōmentationem.

A P H O R I S M V S V

DOlores, qui sunt in lateribus, & pectoribus, atq; alijs partibus, si multum dif-
ferant, perdiscendum.

B R A S A V O L V S

E T si huic aphorismo uarij sensus condonari possint, si tamen uerus est, quem Ga-
lenus primo ingressu describit: scilicet medicum qui aliquē curat, dolorem in lateribus
uel pectoribus habentem, perdiscere debere, an multum differat, idest, eius intensionem
pernoscerē debet: quoniam ex intensionis cognitione, in quo loco sit dolor cognoscitur,
quod ad curationē atq; prædictionē plurimum facit. & hoc nō solū in pectoribus intel-
lige, sed etiā in omnī alia corporis parte. Recentes uero putat, sensum Hippocratis esse,
dolores, quos non ita cito cognoscimus, sed paulopost, esse malos, quoniam haec dilatio
curā impedit. Hoc uero nunq; somniauit Hippocrates, nec malū esse dicit, uel bonum,
sed consulit hos dolores perdiscendos esse an multū differant, idest, an magni sint, quo-
niā ex hoc in cognitionē loci, in quo est dolor, deuenimus, & an periculosus sit, cogno-
scimus, & curam acceleramus. & a quo loco exordiri oporteat, scimus. unde & hic Phi-
lotheus dicit, εἰδὼς ὁ ποτερότερος ὅτι κρηπίς τῆς θραπείας θέτει ἡ δάγκνωσις, πολὺς προνοει
τάστης ποιάτω, οὐ νῦ μὲν ἐκ τοῦ πόνου, οὐ τῆς κατ' αὐτοὺς ὁσιών τῶν δάγκνωσιν πραξίδωσι,
idest, Sciēs Hippo, qđ fundamentū curatiōis est dignotio uel distinctio, huius multam
prudentiā faciēdi, & nūc quidē ex loco, & p. hūc (.s. locū) doloris dignotionē prebet.

Τῶν ὁσιών οὐ δέ πληγήσι, οὐ δέ σθεσι, idest, Dolores qui sunt in lateribus & pectori-
bus.] Has partes præ cæteris nominauit, quoniam uehementissimos dolores habent,
atq; periculosissimos.

Kαὶ οὐ ποιητὴ μαστη. idest, & in alijs,] scilicet partibus, ut ad omnes totius corporis
dolores ampliet. In omnibus enim hoc perdiscendū est, an magni sint, & quo loco facti.

εμεγ

Εἰ μίγα οὐφίουσι, κατάκυαδητέον. idest, Si multum differant (idest excellant) perdisendum. Intellige Multum differre, idest an magni sint. Oribasius dicit, ab Hippocrate signum dari, unde fiat dolor in pectoribus, uel in alijs membris : & hoc utitur exemplo, fieri posse ut unus pleuritum patiatur, & habeat dolorem pectoris atq; lateris propter propinquitatem diaphragmatis : hunc curabimus eadem ratione qua pleuriticos. Aliqui intelligunt, ab Hippocrate edoceri inuenientium esse locum doloris: quod facile fit, doloris differentiam cognoscentes. & hoc est cognoscere, an multum differant. Philotheus uero hac ratione utitur, inquiens, ὅταν γέρε τὸ πλευραῖς ἀλγηματίᾳ μὲν νυγμα τύπλος ἡ ὄστιν, οὐγλυπταὶ ὁ τὰς πλευρὰς ἔντεινων πεπονθῆσαν. εἰ δὲ μετά σωματίων πορφύρας, οἱ μύστικοι τὸ σπρενόδον. καὶ εἰ μὲν νυγματάσης ἡ ὄστιν ἡ, μαλακοῦ ὑλῆς θεῖη μὲν πλευραῖς πονεῖται. εἰ δὲ πορφύρας σωματίων ἡ ὄστιν, χυμοῖς καὶ φλεγματίνοις. καὶ εἰ μὲν μεγάλη ἡ ὄστιν, μέντοι μέγα τὸ νόσημα. εἰ δὲ μικρή, μακρόν. ὁ αὐτὸς οὖς λόγος καὶ τῶν λειτουργῶν μετίαρχος οὐτας ἐγένετο. idest, Quando enim in costis est cruciatus, siquidem dolor punctionem habet, declaratur membrana costas subcingens pati : si uero una cum sensu grauitatis (scilicet adsit dolor) musculi & pars carnosa (scilicet declaratur pati): & si dolor quidē pungens sit, materia magis est mordax: si autem una est sensus grauitatis cum dolore, humor ad est etiam phlegmaticus, siue pituitosus : & si dolor quidē est uehemens, declarat magnam aegritudinem: quod si paruuus, paruam. Eadem igitur ratio & in reliquis partibus hoc modo dicatur. In fine sexti Epidemiorum libri, alia aphorismi interpretatio ex Hippocrate sumi potest, ubi de his loquitur qui in Perintho aegrotarunt, & his uerbis utitur : Plurimi per uer aegrotarunt in Perintho, sotica causa fuit, tuffis hyberna quæ passim uiguit, diuturnaque mala nonnullis, nam in dubio existētibus confirmarunt. Qui busdam uero mala longa non fiebant, sicuti qui de renibus laborassent, sicuti ille uir, ad quem Cynicus me duxit. Dolores etiam in lateribus, pectori, ceterisque corporis partibus fuerunt. Quærendum etiam est cum melius habent, si per anni tempora aliqua, horas peius, uel melius habeant. Sic enim minimum errabunt, fallētūque medici. ut huic aphorismo talis sensus dari possit, medicum, ne erret, perdiscere debere quo anni tempore, de pectorum doloribus, laterum, & aliarum partium melius peius ue habeant. ut ad anni tempus, & non ad doloris magnitudinem differentia referatur. Tamen antiqua translatio hunc aphorismū ad uerbum ponit. quamuis uerba nonnulla contradictoria addat, & cognitu atq; intellectu impossibilia. In antiqua trāslatione est in septimo libro sezione uigesima quinta: sed est sextus Epidemiorū liber qui in octo libros diuisus est.

G A L E N V S

P E R D I S C E R E oportet non modo locum dolentem qualis nam sit, sed & magnitudinem doloris in eo quanta sit. Hoc autem confert & ad loci patientis dignitatem, & ad præcognitionem eorum quæ circa aegrum futura sunt, & præterea ad curationis intentionem. Si ergo in lateribus magnus fuerit dolor, primum hic esse non potest quin membrana quæ subcingens nominatur, patiatur. Secundo autem neq; absq; periculo est. Deinde & maiore indiget curatione. Si quidem ad clauiculam dolor pertingat, uenæ sectione, si uero ad ilia, purgatione, quemadmodum ipse in libro De uictu acutorum edocuit. Si quidem mediocris fuerit dolor, & præterea nō pungat, ut qui in membrana subcingente est, neq; ad clauiculam pertingat, aut ilia, contingit ipsum carnosis costarum partibus patientibus fieri, atq; ideo neq; esse pericolosum, neq; magno auxilio indigere. Sic & in singulis alijs partibus doloris magnitudo est consideranda, ueluti si renum pars carnosa patiatur inflammationē, dolor est grauis, quemadmodum ipse inquit in Epidemījs, ita illum nominās, qui ueluti cuiusdam ponderis loco incumbentis inuehit sensum. Alijs uero partibus quæ sunt in rene patientibus, dolor sentitur acutus. Dico autem alias partes quæ sunt in tunica hunc obtegente, & uentre eius interiore, & eas quæ ad hunc terminant arterias, ac uenas, ac præterea ortus uasorum urinariorum. Sic præterea se habet res etiam in hepate. Nam eius parte carnosa inflammationem paciente, grauis fit dolor. Tunica uero circunducta, uel uasis, acutus, & ipsius doloris acutus quantitas maior, aut minor cause facientis afferit indicium. humor si quidē biliosus, & acutus dolorem auget. sic & sp̄ritus flatuosus non habens exitum, exoluīt autem pituitosus. Non solum autem magnitudo qualitatis aliquod nobis dat

doloris indicium, sed etiam quantitatis. Augetur enim non cuiuslibet causæ efficientis opus, eius aucta substantia. Si itaq; uniuscuiusq; doloris uolens à nobis magnitudinem considerari, hunc apriorissimum scripsit Hippocrates, sufficienter ipsius usum exposuit. Si uero non solum secundum magnitudinem dolorum differentiam dicit fore considerandam, sed generalius quoddam, ac ueluti uniuersali ostendit, consulens nobis omnes effatu dignas dolorum differentias inspicere, maiorem adhuc ex eo fructum utilitatis percipiemos. Fiet enim huiuscemodi sermo. Non simpliciter partium dolorem considerare oportet, neq; arbitrandum eandem esse in omnibus dispositionem. Veluti si prius quidem Dion, postea uero Theon costam doluerit, non eodem modo utrumq; se habere existimandum, sed discere oportet, nunquid maxime inuicem in dolore different, an quodammodo similes existant. Fit autem ex duobus perspicuum, & ex doloris specie, & ex uehementia. Ex specie quidem, si pungenti similis, uel tendenti, uel torpore inducenti, uel grauanti, uel stimulanti, uel ferenti, uel continuus, uel cum intermissione, uel æqualis, uel inæqualis. Secundum autem uehementiam quis sit maior aut minor aduertendum, quaæ paulo antea secundum magnitudinem differentia in doloribus dicebatur. Consuevere siquidem medici, uerbo abutentes omne uehementius maius nominare, siue sit secundum qualitatem, siue secundum quantitatem. Quare neque cessant febrem magnam uel paruam, uel mediocrem, omnes nominare, quaæ suam habent in caliditate substantiam. Quare nihil mirandum, si & dolorem uehementiorem, maiorem appellant. Adhuc autem & minus dignum admiratione, si quæcumq; inueniunt distans speciebus, aiunt magnum habere discrimen, ueluti dolorem qui ponderis cuiusdam similitudinem gerit, ab eo qui uidetur ferire, uel aliquod aliud pati ex his quaæ antea diximus.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet in præscriptis ab Hippocrate doloribus, duo perdiscenda esse, scilicet locum qui dolet, & doloris magnitudinem. haec enim quum sciuntur, ad tria utilia sunt, primo ad cognitionem patientis loci, deinde ad præcognoscenda futura circa ægrum, tertio ad curationis inuentionem.

S E C U N D O huius rei tale exēplum ponit, si in lateribus sit ingens dolor, esse non potest, nisi membrana patiatur sub cinctorum uocata: secundo est cum periculo: tertio maiore curatione indiger, nam si ad clauiculam dolor pertingat, uenæ sectione indiger. Si ad χρόνια, id est præcordia (non illa, ut Leoninus uerit) purgatione, ut in libro De uictu acutorum, docuit. At si dolor sit mediocris, & non pungat, ut ille qui est in membrana subcincente, & non peruenit ad clauiculam, uel ad præcordia, fieri potest in partibus costarum carnosis, & ideo nec periculum adest, nec magnis indiget atxilijs.

T E R T I O ad omnes alias partes ampliat, quod in omnibus magnitudo doloris consideranda sit, nam ex ipso in loci patientis cognitionem deuenimus, & ad præcognitionem atq; curationem incitamus atq; dirigimur: Galenusq; per renes & per iecur discrit: sed interim docet, non solum considerandum esse qualitatis doloris magnitudinem, sed etiam quantitatis.

Q V A R T O docet, si noluerimus Hippocratem solum loqui de dolorum differentia secundum magnitudinem: sed quod generalius loquatur, & sensum faciat, nos omnes dolorū differentias effatu dignas considerare debere, tunc maior erit fructus, unde hunc sensum aphorismo condonat, non simpliciter dolorem partium considerare oportere, neque putandum esse, quod simpliciter eadem sit in omnibus dispositio: ut si Dion & Theon costa doluerint, non est putandum, quod eodem modo doleant, & Galenus per omnes differentias discurrat, per quas discurrere oportet; tu ipsum considera. Nec illud prætermittas, quod hic annotat, antiquos usos esse quātitatis nominibus ad qualitates, ut quum dicunt magnum dolorem, quem uehementem dicere deberent, & magnam se brem, quam intensam uocare oporteret. Vbi legitur, Vel stimulanti; statim addi debet Vel exedenti. Nam Græce additur, ἡ οἰαβίβρωστος.

APHORISMVS VI

Renum & uescicæ uitia in senioribus difficulter sanantur.

BRASAVOLVS

A T A S. inuida & omnium edax, quanto magis succedit, tanto nos imbecilliores reddit, haec causa est, cur si in senioribus renum aut uesticæ uitia fiant, uel nunquam, uel summa cum difficultate sanantur. Cum inquam imbecillitas adfuerit, quam ætas fert, & falsuginei humores superabundant, & urinarij canales ex longa humorum & urinæ destillatione quodammodo attriti sunt: immo cum haec renum, & uesticæ uitia in iunioribus ob multas causas difficulter sanentur, tanto magis in senioribus difficilime in sanitatem restituuntur. Nempe illa loca, ad quæ multæ materiæ cōfluent, & quæ sunt alii quorum excremētorum meatus, & quæ non quiescunt, illa inquit difficulter sanantur.

T A C T U M. idest, Renum uitia.] Nam apud authores id uocabulum τεφευτικός, omnes renum affectus significat, quicunque illi sint, de quibus diffuse ab Hippocrate in libro De morbis qui intus, pertractatur. Idem Hippocrates in sexto Epidemiorū libro dicit dolores renum supra quinquagesimum annum non uidi sanatos.

K A I οὐτοί τῇ λίνσι ἀλγήσαται. idest, Et quicunque uesticæ dolores.] Vel quæcumque uitia, sint illa cuiusvis generis, uel lapis, uel ulcus, uel urinæ ardor, unde & Philotheus inquit, ἀλγήσαται λέγεται φλεγμωρεῖς.

Ν ηδευτροί. idest, Senioribus.] Ut de ipsis in ultimo aphorismo tertij libri locuti sumus. Cur uero seniores difficulter sanentur, causam reddit Philotheus inquiens, νοῦ σὴ τῇ πληθυσμῷ αὐτῷ ἀδύνατο. idest, Ob urinum ipsorum imbecillitatem.

Ι εργάλεος ὑγιεινοῖς. idest, Difficiliter sanantur.] Quoniam imbecilles sunt, & falsugineis materiæ abundant. Immò & in iunioribus, hæ affectiones difficulter sanantur, & hoc ob duas ab Oribasio assignatas causas. Primo, quia præsidia ex interiori parte admouentur, non possunt. Deinde, quia illa quæ ab exteriore parte admouentur, iam penè consumpta sunt, cum ad locum uenient, sed & haec ratio est, quia cōtinue materiæ per has vias expurgantur, & sunt receptacula & canales per quos continuo natura se exonerat, unde & à Philotheo dicitur, ἐγενέλος ἔγινεται, τοτε δυχορδεῖς, διὸν αὐτὰ τὰ μὲν ιονίχια σταταὶ, τὸ δὲ τὸν τεφροῦ, νοῦ τῇ λίνσις ἐγεγον ἀποτάπαυσόν δέηται. idest, Operose sanantur, hoc est cum difficultate, quoniam passiones ipsæ quiete indigent, renum autem & uesticæ opus irrequietum est. Deinde rationem aliam addit, inquiens, οὐας τὸν κράτος τὸν αἰνάδον αὐτὰ, νοῦ δεινότερον τοῦ πληθυσμοῦ τοῦ δι τὸν λεφρούταν. idest, Aliterque, quoniam ipsæ dolorem sentiunt, & mordicantur excremento per ipsas partes euacuato.

GALENVS

I N S E N I B V S uix inquit sanantur, hoc est multo negotio, ac tempore, quæ in rebus, ac uesticæ sunt uitia, quoniam earum opus indefinēs est. Quietæ autem opus est siquid sanari debeat, & quia superfluitas acris apta irritare, siue ulcus, siue inflammatio, siue aliqua alia passio in ipsis constiterit. Multo autem difficultius sanantur in senibus uesticæ passiones, quoniam & omnes alij morbi præcipue longi. Tales autem & ipse superius dixit commori omnes.

BRASAVOLVS

G A L E N V S docet, haec uitia in senioribus non sanari, uel si sanentur, id fieri multo negotio, propter has causas. Primo quia opus harum partium est indefinens, ἔπειτα δicit, incessabile pars uero, quæ sanari debet, quiete indigeret. Secundo, quia superfluitas, quæ per has partes transit, acris est, passiones harum partium irritare apta. Tertio, quia omnes longi morbi seniores concomitantur ad mortem. Inter seniorum uero morbos ultimo aphorismo tertij libri nephritis numerauit.

Quod legitur, Multo negotio ac tempore. Secunda lectio nostri antiqui contextus, & Aldinus ita habent, πολὺς πραγματεῖας νοῦ ρέοντος μαρτυροῦ. idest, Multo negotio, ac tempore longo, sed antiquus noster contextus in prima lectione habet, νοῦ ρέοντος πλάνου. idest, Et tempore multo, tamen conuenientius est legere longo, quam particulam aut Leonicenus in suo codice non habuit, aut librarius incuria omisit.

Vbi legitur, Et quia superfluitas acris, desunt duo uerba, scilicet per ipsa euacuatur. Graece enim ita habetur, νοῦ ὅτι πορισματα δι τὸν λεφρούτα λειψεν. idest, Et quod superfluitas acris per ipsa euacuatur.

Dolores uentris sublimes, leuiiores: cui uero non sublimes, fortiores.

BRASAVOLVS

QVÆ CVN QVÆ in humani corporis superficie sunt, minus infestare solent, & minus periculosa esse, quam illa quæ profundiora & altiora petunt, & ideo dolores qui in sublimi uentris parte secundum longitudinem leuiiores sunt, quam illi qui in profundo. tum quia à principalioribus partibus magis distat. tum quia illæ partes crassiores sunt, & ignobiliores. tum quia præsidia faciliter applicari possunt. tum quia interiores partes calidiores sunt, & ideo ob dolorem magis inflammantur, si ibi adfuerit abscessus. tum quia sunt minus sensibiles. Itaq; per oppositum dolores qui non sunt sublimes, sed profundi, fortiores sunt, & magis infestant.

Tὰ ἀλγήματα τὰ οὐ τὰν γινόμενα. idest, Dolores uentris.] Antiqua translatio præter hanc particulam, dolores: Habet etiam, & tumores, quæ particula neq; in antiquo nostro contextu, neq; in Aldino inuenitur, tamen in Hagonensi adest, qui ad uerbum ita legit, τὰ ἀλγήματα οὐδὲ οἰδίματα. & Philotheus in sua commentatione manifeste ostendit, quod in suo contextu, quem interpretatur, hæc particula adfuerit. nam dicit, οὐδέποτε λέγει τὸν στομάχην, οὐδέποτε δὲ παίνεται ψυχή. idest, Ventrem dicit cibi conceptum, edema uero omnem tumorem. Nos putamus hanc particulam addendum esse, quia re uera omnes tumores sublimes sunt leuiiores, nō sublimes uero fortiores. At uel adfit, uel non adfit, nihil ad rem facit.

Tὰ μὲν μετώπεια κονφοτατα. idest, Sublimes quidē leuiiores.] Eos sublimes esse, apud Galenum intellige, qui circumferentiam magis attingunt. In nostro enim uentre pellucula quadam adest, qua intestina tegit, quam περιστοματικὴν φύσιν οἱ Γρæci uocant. dolores qui supra hanc pelliculam ab Arabibus siphac uocatum, fiunt, sunt leuiiores, & non multum periculoſi. Philotheus quid intelligere oporteat per sublimiores dolores, edocere intendens inquit, μετώπεια δὲ τὰ γινόμενα πολὺ τὸ περιστοματικὸν περιστοματικὸν οὐδὲ τὸ δέρμα. idest, Sublimes autem qui circa peritonæum facti sunt, hoc est, circa musculos inferioris parti uentris, uel suminis, & pellem. Intelligit uero Philotheus leuiores esse, hoc est μετώπεια, idest minora mediocribus. nam (ut dicit) φύσις γε γενετικὴ γίνεται. idest, In uilibus partibus fiunt.

Tὰ δὲ μὲν μετώπεια, οὐδέποτε. idest, Qui autem non sublimes, fortiores.] idest illi, qui partes sub peritonæo existentes occupant, fortiores sunt, & magis periculosi. quia in parte penitiori, nobiliori, & magis intrinseca sunt. Hanc uero partem Philotheus ita interpretatur, μετώπεια δὲ τὰ περιστοματικὰ τὰ γενετικὰ τὸ δέρμα. idest, Non sublimes autem eos qui circa ipsum uentriculum, & intestina. Et rationem assignat, inquiens, οὐδὲ τὸ γε γενετικὸν οὐδέποτε. idest, Propterea quod in primarijs partibus fiunt, & hæc eadem una est ex causis, quas Galenus affert. Oribasius tamē per partem superiorem stomachum intelligere uidetur, & per inferiorem partem sub umbilico. Dolores qui fiunt in stomacho, sunt leuiores, quod in eo calor est fortior, qui dolorem facile euaporare potest, propterea leuius infestant. Sub umbilico autem materia est crassior, & calor minor, quam ut possit eos facile euaporare, uel resoluere. tamen nos hanc sententiam ueram esse non putamus, quia uentriculi dolores (ut experientia docet) fortissimi & uehementissimi sunt.

GALENVS

SUBLIMES nunc audiendi sunt, non secundum longitudinem corporis, sed profunditatem. Interstinguntur autem hi in locis ad uentrem attinentibus membra, na interiore abdominis, adeo quod quicunque supra hoc fiunt sublimes uocantur, qui uero infra, hoc est in ipsis intestinis, atque uentriculo, & in profundo, non sublimes dicuntur. Liquebat autem quod tales dixit esse fortiores.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, sublimes dolores illos esse, qui secundum profunditatem, & non secundum longitudinem uexant. nam secundum longitudinem essent sublimes uentriculi

uentriculi dolores qui sunt fortissimi; at secundum profunditatem, sublimes illi sunt, qui in superficie sunt.

S E C V N D O docet, distingui peritonæo: nam qui loca supra peritonæū occupant, sublimes sunt; qui sub peritonæo, non sublimes.

Quod legitur, Membrana abdominis interior: Græce est, περιτοναιος. Est uero peritonæum, pellicula quæ integrat intestina; propterea interpretandum non est, membrana interior abdominis, sed membrana integente intestina, quæ est sub abdomine; nam ab domen, intimam pelliculam habet, quæ est à peritonæo distincta.

Vbi in fine legitur, Liqueat autem quod tales dixit esse fortiores: deest particula Bene. ita enim Græce habetur, περιτοναιος δέ ὅτι τὰ πεπλακάντα λειληκυτικότερα. idest, liqueat autem quod tales bene dixit esse fortiores.

Quod etiam legitur, Adeo quod quicunque supra hoc fiunt: lege, Addo ut quicunque supra hanc, scilicet membranam fiunt.

Aqua intercute laborantibus ulcera in corpore facta difficulter sanantur.

B R A S A V O L V S

Q Y I aqua intercute laborant, corpus humidum habent humiditate superflua; qui uero ab ulceribus sanari debent, siccitatatem quandam in carne habere opus est, propter ea si aliquid aqua intercute laboranti, ulcera in corpore nascantur, difficulter ad cicatricem & sanitatem deducuntur ob prædictam exuberantem humiditatem, quæ ulceris consolidationem prohibet.

Τὸν υγρωπούσιν. idest, Aqua intercute laborantibus.] Nos de omni aquæ intercritis specie Hippocratem intelligimus, sed potissimum de ascite & anasarca.

Τὰ γιγνόμενα ἐλεῖσαν τὴν σώματα. idest, Ulcera in corpore facta.] Per corpus quamcunque corporis partem intellige: per ulcera uero omne genus ulceris.

Οὐ ἐγίνετο υγιάτερα. idest, Non facile sanantur.] Oribasius tres causas assignat, una quia deest sanguis qui carnes nutritre possit. Secunda, quia ipsa aqua salsa ad ulcera decurrentis, magis exasperat. Tertia, quia debilior est natura, quam locus qui patitur, unde hic author aphorismum in ascite potissimum intelligere uidetur. Sed Philotheus in omni hydroperis specie, diuerso tamen modo exponit, nam in anasarca, οὐ τὸ μὲν φρεδοῦ εἰς ἀπόλυτην τὴν ἔλεγχον τῶν τις πλεονεκτότερος ὑγρότητος. idest, Propterea quod ulcera præ humidatis abundantia ad cicatricem non perducuntur, nam (ut Galenus etiam in commen-to dicet) ulcera ut sanari debeant, siccis indigent. Post hec Philotheus aliam causam refert, cum aliis hydroperis species difficulter sanentur, inquiens, ὅτι δὲ τοις ἀσπιτες ηγέτη τυμωνι τοις οὐ πολεοτιανούσι τοις, αλλὰ οὐ τοις ἀδηγεστοις τοις δυσάμειν εἰς τὸν ἀτροφίαν, οὐ δὲ τοις τοις τοις φύσει τοις τροφήσαντο τοις τοις. idest, In ascite autem, & tympanite, non ob humiditatis abundantiam (scilicet difficulter sanantur) sed quoniam ex atrophia (idest quia membra nutrimentum non sentiunt) uires imbecilles sunt, uel quod acrior sit humiditas quam naturæ sumministratur. Sed nobis uidetur in ascite humiditatem etiam esse in causa, & in anasarca, uirium imbecillitatem, nempe necessarium est in omni eius specie iecur esse debile, & non probe sanguinem generare.

G A L E N V S

D O C V I T ipse in libro De ulceribus, non prius ad cicatricem perduci ulcera, quam sufficienter exiccatur: hoc autem non facile fieri in his quos aqua intercitem male habet, ob humiditatis immoderantium.

B R A S A V O L V S

E X Hippocrate in libro De ulceribus, hunc aphorismum exponit Galenus. etenim Hippocrates in illo libro docet, ulcera non prius ad cicatricem perduci quam sufficienter exiccati sint. Quod in his qui aqua intercute correpti sunt ob humiditatis immoderantium, facile non fit, ut Galenus solam humiditatem causam esse faciat.

Vbi legitur, Quam sufficienter exiccatur: haec particula sufficienter, in nostro anti-

quo contextu legitur, *in r̄ḡs*, sed est in prima lectione. In secunda uero *idem* habetur quod in Aldino contextu scriptum est scilicet, *āneib̄s*, exacte.

APHORISMVS IX

LAtæ pustulæ non admodum pruriunt.

BRASAVOLVS

P V S T V L A E quæ in latum extensæ sunt, minus unitam habent materiam, & non est adeo acris. propterea & si pruriunt, non multum pruriunt, ut illæ faciunt, quæ paruæ sunt, & in unum collectæ.

T à πλευτική ἡγεμονίᾳ. idest, Latæ pustulæ.] Nos Hippocratem intelligimus potissimum in scabie, nam in scabie aliqui paruas pustulas habent rotundas in acutum tenuentes, quæ à calidiori materia fiunt, ideo maxime pruriunt. Alij habent latae pustulas, & amplas, quæ minus pruriunt. tamen quia ex salsuginine materia factæ sunt, pruriere non cessat. Hæ autem pustulæ quæ latae sunt, etiam sunt humidiores, & habent pituitam mixtam. In scabie uero intelligimus, quia per nostrum corpus quandoq; pustulæ fiunt, quæ nullo modo pruriunt, & tamen aliquæ sunt latæ, aliquæ in unum collectæ, & arcæ: unde in his solum pustulis Hippocratem intellige quæ salsugininem materiam mixtam habent, & pruritum faciunt.

Οὐ πάντα τὰ λύνομάσθαι, idest, Non admodum pruriunt.] Quia & materia in latum ampliatur, & non est adeo calida ut in turbinatam formam eleuare possit. Oribasius alio modo hunc aphorismum & legit, & intelligit. Ita enim intelligit: latæ pustulæ, & quæ non admodum pruriunt, difficulter curantur: ut uelit de curæ difficultate latarum pustularum Hippocratem loqui. Quod in scabie absurdum est, nam paruæ illæ pustulæ multum prurientes, ea sunt quæ difficulter sanantur. Latæ uero facilis, ut experientia docet, tamē ipse intelligit Hippocratem in area, quæ est ulceratio cutis, cum profluvio & eradicatione capillorū, sed (inquit) quia non semper est ulceratio, sed aliquando sola eradicatio, uideamus, quæ difficilius curatur. Illa quæ cum ulceratione est, curari facile potest, quia superficie sunt eradicati capilli: hæc uero quæ in superficie ulceratione non habet, neq; pruritū, à radice habet eradicatos capillos, unde difficilius curatur. Sed hæc quæ ab Oribasio ita dicuntur, Hippocratis mentem effugere putamus. Quid uero sint ἡγεμονίαι, idest pustulæ, superius à nobis dictum est, & multa ipsarum genera secundum Celsum distinximus. non latæ uero magis pruriunt, quia materia in unum locum collecta fortius agit, quam ea quæ ad multas partes extensa est, hocq; semper intelligito cum æqualitate materiae in lata & non lata.

GALENVS

S I C V T I tubercula omnia duplicem habent differentiam, quoniam quædam tendunt in acumen, & altum petunt, quædam ad maiorem extenduntur locum non tam in altū attolluntur: Sic & pustulae, nonnullæ sublimes, nonnullæ latæ fiunt. Sublimiores autem pustulæ atq; tubercula à calidore humore generantur, humiliores autem à frigidore. Quare ob duplicem causam latæ pustulae non admodum pruriunt. Difflan tur enim in latitudinem extenta, & facientem ipsas humorē minus acrem habent.

BRASAVOLVS

G A L E N V S comparationē facit φυμάτων, idest tuberculorū, ad ἡγεμονία, idest ad pustulas. nam tuberculorū quædam sunt lata, quædam sublimes. tam tubercula q; pustulæ tendentia in acumen, fiunt à materia calida: quæ uero in latū tendunt, à materia frigida. Idem ferè ad uerbum Philotheus docuit, inquietus, τὰ ἡγεμονία τὰ φυμάτων γίγαντες μὲν ἐψηλά γίγνεται, τὰ μὲν ἐν ὑψηλότερα ἡγεμονίατα τὰ φυμάτων, οὐδὲ βέρμοτας οὐδὲ δειπνάτας θάπες γένεται χυμός, διὸ οὐδὲ λύνομάσθαι τὴν δίψην. τὰ δὲ πλατιά τὰ πεντάδες πάντα τὰ λύνομάσθαι χυμός φλεγματικόν ἔχει στειρόν. idest pustularum uel tuberculorū, quædam tenuia fiunt, quædam uero lata, tenuiores quidem pustulas, uel tubercula, calidior & acutior humor facit, unde & pruriens morfu. Lata autem uel humiliæ, non multum pruriunt, quoniam pituitosus humor illa facit, qui minus habet acrimoniam.

A P H O .

CApud dolenti, & circum dolenti, pus, uel aqua, uel sanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum soluit.

BRASAVOLVS

IN HOC aphorismo in genere & ferre sub nube edocemur, quomodo illi sanari debant, quibus caput dolet, quod tamen perpetuo intelligendum non est, sed solum ubi pure uel aqua uel sanguine plenum fuerit. Nam si alictii caput dolenti uel circum dolenti pus uel aqua uel sanguis per narces effluat, uel os uel aures, morbum soluit, & hoc sponte. Ideo & si tu hos dolores abigere uolueris, id facile assequeris, si haec arte per unam harum partium prouocabis. Philotheus uero hic dicit, quod νῦν ὥδι σύνεσθε θεραπείας γυναικῶν λόγον, ἐκ τοῦ ιδείας σώσιας, καὶ ξέστιθεται διὰ ὅλης τῆς θεραπείας. idest, nunc sermonem circa duas doloris capitatis species exercet, ex proprietate doloris, & supponit (scilicet dolorem) per totum caput.

Κεφαλὴ πονίαν, idest, Caput dolenti.] Per hoc intellige, dolorem in una capitatis parte ex multitudine humorum in capite aceruatorum, & potissimum in illa parte in qua est dolor: nam si fiat capitatis dolor ex mala qualitate, aut ex acuta bille, non est opus per deflumum sanguinis aut puris aut aquae e naribus uel ore sanari. Intellige uero dolorē in una parte factum ob inflammationē uel ob materiam excedentem. Hippocrates autem dolor non specificat, quoniam in quaunque fiat parte, non curat. Vnde ab Oribasio dicitur, capitatis dolor multis modis accidit: aliquando tumor est in membranulis siue panniculis, quos miningas Græci dicunt: aliquando in ipso pericraneo quod superponitur cerebro: aliquando ex inferiore parte ascendit spiritus flatulentus per arterias & uenae, & dolorem excitat, unde se aperunt futuræ capitatis, & accedentes medici docti faciunt ligaturam, quæ cephalica nūcupatur: reuertentibus uero futuris in suum locum cessat dolor: uultus dictum esse dolenti caput, ut innatur, dolorem in ipso loco contineri. Philotheus etiam per hanc particulam, caput dolenti, dolorē qui in parte sit, intelligit. addit uero, ἀλλὰ τὸ μὲν γάρ μέρι τολμαῖται, τὸ δὲ τοῦ φλεγμονῆς. idest, sed dolor qui in parte est, abscessum significat, uel inflammationem, unde non intelligunt hi authores οὐ πρωτανούσι, quamuis & ad ipsam ampliarī posset.

Καὶ πονεωμένη, idest & circumdolenti.] Per hoc dolor intelligitur, qui totum caput occupet. Hunc dolorem ex spiritu flatulento fieri, Oribasius dicit, unde & a Philotheo scriptum est, τὸ δὲ τὸ διά την τῆς θεραπείας πνεύματος ή γέροντος πονεσθίαν. idest, dolor autem qui in toto capite est, flatuum uel humiditatis abundantiam significat.

Πνεύμ, idest pus.] quod exeat per narces uel per os uel per atires, non potest autem exire pus, nisi adsit abscessus: qui & si adsit, uel in cerebro est, uel in panniculis. At si in his partibus adsit, cur non moriuntur? Dicimus posse etiam colligi supra panniculos pus, ex sanguine uenas exente: tamen nihil impedit esse in panniculis, & non mori, quamvis periculosum sit. hic etiam Philotheus dicit, ηδὲ μὲν ἡ μάτωνος γένος, τὸ δὲ μέρει τοφαλαληγίας λένε. πλὴν οὐ τάσσου, ἀλλὰ τὸ δὲ τοῦ φλεγμονής. idest, Et si quidem pus fluxerit, in parte dolorem capitatis soluit: uerum tamen non omnem, sed eum qui ex abscessu. Et Oribasius etiam ex tumore pus prodire censem.

Ηύδωρ, idest uel aqua.] quam uidemus plerumque ex his partibus fluere: est uero pituitosus humor tenuis aquæ speciem referens. Oribasius humorum esse dicit, qui in aqua destillat, uel sanguinem.

Ηύαξ, idest uel sanguis.] qui sit uel purus, uel alijs humoribus mixtus. unde & Philotheus dicit, ηδὲ οὐδεὶς ηύαξ, τὸ δὲ τὸ διά την θεραπείας γίνεται πλὴν οὐ τάσσου πάσαν, ἀλλὰ τὸ δὲ τοῦ φλεγμονής. idest, uel autem aqua uel sanguis dolorem capitatis per totum soluit: tamen non omnem, sed eum qui ob humiditatis multitudinem factus sit, causa enim dolorem capitatis faciens euacuatur, & expellitur. ἔνγκινον, idest fluxerit.] Vel unum ex illis sit, uel sint duo, uel omnia simul, quæ sponte fluant.

νη τας πινες. idest, Per nares.] Per quas plerūq; hæc fluere uidentur, sanguis inquam si in capite abundet, uel natura, uel ob moram in sole: pus, quando putredo in capite facta sit: aqua, ut in his qui alsiosi sunt, è quorum naribus aqua destillat quæ capitis dolor remouet.

νη τη σουα. idest, Vel per os.] Aliquæ contextus hanc particulam habent, alij non habent; tamē si non adfit, addi debet, quia omnes meatus intelligere oportet, per quos materiae quæ à capite destillant, excurrunt. Vnde & si de oculis mentionem non faciat, nos tamen multos uidimus à capitib; dolore liberari per aquam ab oculis descendenter, à quibus etiam & pus plerūq; manare uidimus.

νη τη αρι. idest, Vel per aures.] per quas frequenter pus excretum uidimus, præsertim in puerulis, & etiam in natu grādioribus. Nota ab Hippocrate tria edoceri, quæ profluunt, pus, aquam, sanguinem, & etiam tres partes per quas exēt, nares, os, aures. per unumquenq; meatum omnia profluere possunt, tamen ut plurimum per nares sanguis, per os aqua, per aures pus descendit: & quia plerūq; ex spiritu flatuoso capitib; dolor infertur, quodcumq; horum per quamcumq; partem perfluxerit, flatus extenuantur.

λύση νοσης. idest, Soluit morbum.] hoc est, symptoma remouetur, quoniā & causa illa quæ morbum faciebat, auferitur, ex quo dolor ipse capitib; qui symptoma erat, auferatur. Duo igitur ex remotione causa morbi auferebatur: morbus ipse, & symptoma.

G A L E N V S

PLVR A & alia sic ostensus est Hippocrates dicere, in quibus nisi quis animū aduerterit uidebitur quod ab ipso dicitur, solum ad curationem passionis proficere, aliud uero nihil. Verum ipse non hoc tantum dicit, sed simpliciter quod pus uel aqua effluens per nares uel aures morbum soluit. Et si utiq; conueniens dixisset, quemadmodum ego nunc, sermo foret irreprehensibilis. Quando enim uel propter inflammationem, uel humorum crudorum multitudinem in capite aceruatorum fieri dolorem continerit, tunc inflammatione suppurata, aut humore excreto, solutio fit morbi. Si uero propter spiritum flatuosum, aut sanguinis multitudinem, aut bilem mordacem, aut omnino ex intemperatura dolor acciderit, per alia sanabitur.

B R A S A V O L V S

PRIMO Galenus docet, in multis alijs locis hoc eodem sermone usum esse Hippocratem, ut (nisi quis prænoverit) solum uideatur ad passionis curationē aliquid proficer, & nihil aliud facere.

Commentationis principium Græce est, πόλλα γάρ ἀλλαζται δίδακτα λέγου διππονάς. Nos huius sententia sensum hoc modo exprimendum iudicamus. Hippocrates in multis locis tali loquendi modo utitur. Vel, & alia multa hoc modo demonstravit, dicens Hippocrates.

S E C U N D O docet, nō solum istud ab Hippocrate dici, immo & his simplicibus uerbis usus est, quod pus uel aqua effluens per nares uel aures morbum soluit.

T E R T I O docet, si Hippocrates eodem modo locutus esset ut ipse faciat, eius sermonem irreprehensibilem fuisse, scilicet si dolor in capite fiat propter inflammationem uel propter humorum crudorum multitudinem in capite aceruatorum, tunc inflammatione suppurata, aut excreto humore, solutio fit morbi. At si dolor fiat ob spiritum flatuosum, uel ob sanguinis copiam, uel ob mordacem billem, uel ex sola intemperatura, per alia sanatur, & non per suppurationem, uel excreto humore. Tamē nos simpliciter & de bile & de sanguine & de flatu aphorismum intelligimus. At sola intemperies nos angit, quoniā capitib; dolor ex ipsa factus per defluxum ex his partibus solui non uidetur: tamen exiens quantitas, qualitas illam comitatur. Notaq; Galenum in suo contextu solum habuisse nares & aures, aquam & pus.

Quod legitur, Et si utique conueniens dixisset: legi debet Conuertens. nam Græce est, *αντισπέλας*.

Quod etiam legitur, Solutio fit morbi: Græce est, *λύση γίνεται φλεμώνις*. idest, solutio fit doloris. & reuera aptius est dicere doloris, quā morbi, quoniā dolor symptoma est, nec morbus.

A Tra bīle uexatis, & renūm passionibīs, hæmorrhoides superuenientes, bonum.

BRASAVOLVS

NVLL VS est qui ambigere possit, si quis atra bīle molestetur, quod illa uel in toto vel in parte evacuata non prospicit; & si in toto, penitus sanatur: si in parte, aegritudo remittitur; facile uero per hæmorrhoides evacuatur. Ideo si quis atra bīle, aut renūm passionibīs infestetur, cui hæmorrhoides superueniant, bonum: quia uel sanatur, si tota materia exeat; uel remittitur passio, si materia pars profluxerit.

[τοις μελαχλιωσι, idest atrabilarijs.] Cum uero atra bilis infinitas species habeat, de omni specie intelligēdus est Hippocrates. Oribasius atram bīlem cerebri affectionē ex materia melancholica factam esse dicit, & ad unam aliquā speciē non se determinat.

[καὶ πῖν νεφεληπίη, idest, Et renūm passionibīs.] Recentes nomine decepti interpretantur ac si dixerit phreniticis.

[Αἰμορρόδοσις ὑδροπόρων, ἀγαθού.] idest, Hæmorrhoides superuenientes bonum.] Quia humorem peccantem evacuant. Oribasius hīc dicit, hæmorrhoides esse uenae meatus, & ex una multa eadem ueniētes ab hepate per dorsum ad meatum deferunt melanochicum sanguinem, & sicuti mulieres per singulos menses purgantur confusa purgatione, ita & uiri qui ista patiuntur. Addit̄ Oribasius, nephritis, idest renūm passionē tribus modis fieri, aut tumore in renibus, aut tumore in uesica, aut spiritu flatulento in utrīsc̄. Inanit̄ contrā est, & in ipsis renibus triplex est positio membrorū, aur enim uirilia uasa dolent, aut seminaria, aut ipsi renes, quibus omnibus modis supradicta inanit̄ morbum soluit. Et Philotheus dicit, Melacholicos fieri τῶν πλεονδιας μελαχλιωσι χρυσ. idest, à plenitudine melancholici humoris. Nota quum simpliciter scriptum inuenitur, hæmorrhoides, semper intelligitur defluxus sanguinis ex ipsis. Sed hīc dubium fieri posset, quia non uidetur esse uia, per quam renes per hæmorrhoides expurgentur; nam uenae hæmorrhoidales à iecore prodeunt, & non à renibus. Respōdemus, evacuata materia & renes per concomitantiam evacuantur,

GALENVS

NON solum ratione euacuationis hæmorrhoides sanant huiuscmodi passiones, sed & ipsa qualitate humoris euacuati. Hæ etenim sauguinem crassum consueunt euacuare, humore plenum melancholico, talem habente in sanguine cōsistētiam, qualis est in uīnis fex. Quare nihil mirum si atræ bili, & renūm passionibīs conserunt.

BRASAVOLVS

GALENVS docet, ob duas causas hæmorrhoides atrabilarijs conferre; una est euāquatio: alia est illius materiae euacuatio, quæ atram bīlem faciebat. Est autem materia crassa, nam est sanguis crassus melancholico humore plenus, qui est tanquam uīni fex. Vnde non mirum si hæmorrhoides atrabilariū, & renūm passiones sanent, quia id euacuant, quod est tanquam cœnum sanguinis.

In calce huius Commentationis multa uerba desunt, quæ hæc sunt: quum dicit, nihil mirum si atræ bili, & renūm passionibīs conserunt: hæc sententia tota integra hoc modo legi debet, ὡς τε δέλη θεωματού καὶ μελαχλιαν καὶ νεφεληπίην ιεδειν δέλη οὐδὲ θεωματού οὐδὲ μελαχλιαν πεφυκεδην τὰς ιλώ ταύματα. idest, Quare nihil mirum & melanacholiam & passionem renūm per hæmorrhoides sanari, quum apte natæ sint euacuare, id quod est tanquam cœnum sanguinis.

A Diuturnis sanato hæmorrhoidibus, si una non seruatur, periculum est aquam inter cutem, uel tabem aduenire.

BRASAVOLVS

TO T V S hic aphorismus ad curatiuam artem spectare uidetur : nam aliqui sunt, & quorum hæmorrhoidibus tanta sanguinis copia fluit, ut uires imbecilliores efficiantur: propterea medicos cōsulunt, ut eos ab hoc profluvio liberent, sanguinem reprimant, & ipsas hæmorrhoidas exiccent. Alij sunt, qui & si imbecilles non fiant, tamen illis molestum est has uenas adeo frequenter aperiri, unde ab hac molestia liberari cupiunt. Nunc igitur Hippocrates docet, quando hanc curationem suscipies, quid agendum sit, ne maius dispendium sequatur. Quando igitur hæmorrhoidas fistere tentabis, unam serua quæ fluat, aliter periculum est ne uel aquam intercutem uel phthisim incidat. aquam intercutem, si iecore imbecilli facta sanguificare non possit, phthisim uero, si materia retenta ad pulmonem transmittatur.

Αιμοφόροι δακτυλίων καρπών. idest, à diuturnis sanato hæmorrhoidibus.] Quum simpliciter apud authores inuenitur uocabulum hæmorrhoides, semper sanguinis defluxus ex ipsis intelligitur. De diuturnis autem loquitur, quoniam quæ fieri incipiunt, nondum habent consuetum cursum. Ideo si adstringantur, nihil malum sequitur. Intellige uero de sanitate arte inducta, quamuis & ad sanitatem à natura factam ampliari possit: tamen Hippocratis sensus est de sanitate & restrictione per artem facta, ut per adstringendum usum & exiccantum.

η μη μία σφραγίδη. idest, Si una non seruatur.] Per quam sanguinis superfluitas, quæ est tanquam limus eius, & sanguis atrabilarius transmitti possit, necesse est ut redundet, & reuertatur superius ad iecur, & in ipso duritiem faciat & plenitudinem, unde debilis sit eius uis concoctrix, & ex consequenti non probe sanguificat, ideo aquam intercutem facit. Philotheus propterea dicit, si sint diuturna hæmorrhoides, ἐπεδὴ οὐλόγησις ἔλαβε τὸ ἐκάθιδρο φρέδων, καὶ οὐ φύσις ὡς θεῖα λύτρον τὸ ἐκάθιδρο ἀρραδαρεψη τὸ πολὺ θεῖον οὐκέτιντον ἀρραδαρεψην, σκληρασθεῖσα οὐλονότον τὸ θωρακικόν, καὶ τοῦ πλήθεα, οὐκέτι θεῖα τὸ επί αὐτῷ θερμόπτην, καὶ ἀπτυχίαν τῆς ἀματάσσου ποιούση. idest, Quoniam materia illinc ferri impetum accepit, & natura illinc superflua expurgare contueta sit: modo autem prohibita est natura sic expurgare, quia hepar obstructum, obduratum uidelicet multitudine (scilicet humorum) hoc faciet, uel in ipso extinguet caliditatem & sanguificationis irritum conatum faciet. Ex hiscē Philotheus insert aquam intercutem fieri, tamen eius contextus imperfectus uidetur.

Κίνδυνος οὐδεμια παγιδα. idest, Periculum est aquam intercutem superuenire.] Ob causam superius assignatam. Dubitatq; Oribasius quomodo sanguis retentus aquæ intercutis caula sit, quum ipsa aqua intercus nihil aliud sit, quam indigentia sanguinis. Respondet, quod sanguis quum retentus fuerit, ad principiū suum, hoc est ad hepar, redundat, & tale quid patitur natura, quale fistula accipiens aquam ē fouca: quæ dum aquam in se receperit per sp̄iritum sursum redundant aqua, sic & sanguis ad hepar se habet: hepar autem toti corpori nutrimentum ministrat, cuius uena quum oppressa fuerit, ipsum hepar aut per se patitur aut propter uicinitatem, & sanguis in aquā conuertitur, & fit hydrops. quo autem modo fiat, nisi intelligamus modo præexploito, non esset hic Oribasij modus conueniens.

η φθίσιη, idest uel phthisim.] Quæ ideo fit, quia sanguis qui ad iecur redundant, ad pulmonem transmittitur, unde & Philotheus dicit, ἀλλὰ μὲν καὶ φθίση τὸ πλάγιον εἴσα τὸ οὐτε τὸ εἰς πνεύμονα παραγόμενον, οὐ τὸ θεῖον παραγονότον φθίσην φτερίου ἐργαζέται, καὶ φθίση πιέσῃ. idest sed & phthisim multitudine per hepar ad pulmonē ueniente, cuius aduentus illuc uenę fracturā operatur, & phthisim facit. Oribasius hīc addit, si sanguis ad cerebrum uersus fuerit, parit infanīā: quod non ab re est: nam ab Hipp. duę sola enumerant ægritudines ceteris periculosoress: tamē non iret inficias, multis alias ægritudines consequi posse, sanguine ad alias partes trāsmitto. In antiqua tamē trāslatione hēc particula mania, addita est. Celsus capite septimo secūdi libri, hunc aphorismū ita refert, Si ora uenarum sanguinē solita fundito subito suppressa sunt, aut aqua intercutē, aut tabes sequitur. Aetius libro decimoquarto capite quinto ita aphorismū intelligit, ut iubeat uenam unam seruandam esse his qui non debent conuenienti uictus ratione uti, qui uero conuenienti uictus ratione uti debent, his nulla uena relinquenda est. Aetij uerba hēc sunt.

Fieri

Fieri enim potest ut integra hæmorrhoidum sublatio, optimum curādi finem adipiscatur, si opportune uena seetur, & congrua uictus ratio toto tempore adhibeat, quem admodum Hippocrates uoluit, hæmorrhoidas diuturnas, inquit, sanant, nisi una serueratur, aqua intercutis, aut tabis periculum imminet. Neq; enim, ut quidam afferunt, ex cernendi sanguinis gratia unam seruandam putauit, sed tunc tantum, quum congrua uictus ratio negligitur. Et quod id Hippocrates intellexerit, aphorismi distinctio ostendit, ait enim, hæmorrhoidas diuturnas sanant. Est autem sanatio integræ morbi solutio, & legitima curatio. Non ergo secundum Hippocratem, ulla hæmorrhoidum dimitte da est, sed omnes prorsus delenda, post quarum integræ sanationē, opportuna uictus ratione ad naturalem habitū ægrum ducere oportet, adiecta iugiter uenæ cubiti sectio ne, quoties in uniuerso corpore molem sanguinis collectam uerebimur. Hac Actius, Tamen & in eo qui recta uictus ratione uti debeat, unam seruandā putamus, quoniā per illam id expurgatur, quod superfluum in corpore colligitur, quantuncūq; paruum sit. Nemo enim est ita parcus quin superflua quædam in eo non colligantur.

G A L E N S

HÆMORRHOIDAS fieri impossibile absq; hoc, quod propter multitudinem, & crassitudinem sanguinis ora quarundam uenarum aperiantur hepate ad ipsas reponentes fecem, & quandoq; sanguinem melancholicum. Si quis igitur ei hoc intercludat iter, una & duriciem in hepate facit, & simul multitudine grauans, ac crassitudine calorem in ipso natuum extinguit, cum tale quid accidat, quale in flammis exterioribus, in quibus multa ligna superingesta strangulant ignem, atq; extingunt. Si igitur à nativo calore generatur sanguis, clarum quod ipso extincto non generabitur amplius. Aqua uero intercutem fit cum sanguinis generatio frustratur. Si uero aliquando possit hepar propellere multitudinem ad uenas pulmonis, hic usque aliquo rupto tabidi fiunt. Non frustra igitur consultit unam saltem seruare hæmorrhoidē, ut per hanc euacuetur seculenta, ac uitiosa materia hepatis, præsertim in quibus solita est tempore longo per tales uenas excerni.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, hæmorrhoidas fieri non posse, nisi sanguinis multitudine, & crassitudine quarundam uenarum ora aperiatur, quando hepar ad ipsas, & fecem, & melancholicum sanguinem transmiserint.

Quod legitur, Hepate ad ipsas reponente fecem, & quandoq; sanguinem melancholicum. Græce est, ἀρπηθεμένον τὸ οἷον τοῦ εἰς αὐτὸς ἀνθεῖστον τὸ καὶ μελαγχολικόν ἄμα. id est, Hepate ad ipsas reponentes, & limosum, & melancholicum sanguinem.

S E C U N D O docet, si quis huic limo, & melancholico sanguini hoc iter occluserit, durius in feore facit, & grauitatem, ob multitudinem, & crassitudinem, unde naturalis calor extinguitur: eodem serè modo ut flamma, cui multa ligna superingesta sint, strangulatur, ita cū sanguis à naturali calore generetur, certū est, quod illo extincto, amplius non generat, & tūc fit aqua intercus, quād scilicet sanguinis generatio frustrat.

T E R T I O docet, si quandoq; iecur ad pulmonis uenas, multitudinem transmettere posset, aliquo usque rupto phthisici fiunt, unde conueniens fuit suadere, ut una hemorroidis saltem seruetur, per quā seculenta & uitiosa iecoris materia euacuetur, præsertim quando natura longo tempore per illas uenas euacuare consueta est.

A P H O R I S M V S - X I I I

A Singultu habitum sternutatio superueniens libertat.

B R A S A V O L V S

Q V I singultum patiuntur, ab eo facile liberatur, si materia illa, quæ ipsum excitat, expellatur, facile uero expellitur, si ipsa agiatur, & natura ad expellendū iritet, quod facile fit, sternutatione superueniente, unde ab Hippocrate dicitur, si sternutatio superuenit singultum patienti, à singulto liberatur. quia natura à sternutatione irritatur, & materia commouetur, ut facile expelli possit.

λυγμον ἐχειλιον. idest, à singultu habito.] Utitur vocabulo Habito, ut singultus perseverantiam notet. Quum uero singultus, conuulsionis species sit, & conuulsion ex inanitione & repletione fiat, ita erit & singultus. In hoc autem loco, de singultu ex repletione intelligit Galenus: quia ille qui ex inanitione fit, non sanatur sternutamento. Tamen Oribalii tam de eo qui est ex inanitione, quam repletione simpliciter intelligit, inquiens, Dum sternutatio singultui superuenerit, soluitur singultus: quia motus calorē facit, calor autem euaporat. Si ex inanitione fuerit singultus, quicquid ad ipsam concussionē pertinet, ea excitatione facta, naturae significat uitritum reparari. unde potius secundum ipsum, signum bonum est, quam quod soluatur. At Galenus & Philotheus solum in singultu ex repletione aphorismum intelligunt. Philotheus uero singultum hoc modo definit; **λυγμος θημι τασσιαδης λινητος σωματον.** idest, singultus est motus conuulsuum stomachi.

τηλευτης απογραφης. idest, Sternutatio superueniens.] Ita Leonicenus in suo contextu habebat, & Philotheus, & antiquus contextus quem habeo, & antiqua translatio, sed Aldinus cōtextus, & in margine nostri antiqui, & Oribalii & Theodorus in plurimi habent, **πλακαι ιδιογραφης.** idest sternutationes, uel sternutamenta superuenientia.

Λινητος, idest solutio. Ita simpliciter in prima nostri antiqui contextus lectione habetur, ut Leonicenus uertit. Sed in Aldino codice, & in secunda nostri antiqui lectione habetur, **λυγμον πλακαι λυγμον.** idest, soluunt singultum. nam membra omnia intrinseca adeo commouentur, ut si quae sint, quae ori uentriculi inhāreant, & singultum faciant, illa remoueantur, separenturq; à uentriculo, ut facile exire possint. unde & Philotheus huius rei causam afflignans inquit, **ἐπειδην θεονέτου ὁ ἐγγειφαλός, καὶ ἀλογον τὸ σθενα, μαλακίστη δὲ ἡ γαστήρ, οὐτος τὸ πλάστον τὴν νεύσιαν, καὶ τῷ σφραγῶν οἰλόν ἐμπλακεῖται, καὶ λογρέται τὰ ηγετικά τὸ σύμπαχον ὑγρά, τὰ πλακαι λυγμον ἐργαζεται.** idest, quoniam caput & totum corpus concutitur, maxime autem uenter, ob neruorum copiam, & uehementi concussione excutuntur, & humiditates euacuantur quae in ore uentriculi erant, & singultū faciebant. Scito tamen, non esse necessariū sternutamentū semper sanare singultum, sed id quandoq; fit.

GALENVS

AVTHOR est ipse, sicuti cōuulsionem, ita & singultum, uel ex inanitione uel plenitudine fieri. Quando igitur à plenitudine fit, magna aut ex parte ita fit, uiolento opus est motu, ut ueluti conclusæ ipsum efficiētes humiditates diffalentur atq; euacuentur, hoc autem facit sternutatio. Eos uero qui ex inanitione fiunt, qui sunt rariores, non sanat sternutatio. Quod uero ex plenitudine singultus iugiter fiat, indicant pueri crebro singultiæ, quim sunt repleti. Rigor autem & frigiditas omnis qui omnia neruosa corpora efficiunt ad difflandum difficultia, sunt causa ut hæc repleantur, atque ideo in ipsis singultiunt.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet ex Hippocratis sententia, ut conuulsion ex inanitione & repletione fit, ita & singultus, qui est conuulsionis species. In hoc loco de illo intelligit, qui ex plenitudine fit, & qui frequentius contingit. hic singultus uiolento motu indiget, ut humiditates tanquam eritæ, quæ ipsum faciebant, diffalentur atque euacuentur: hoc autem fit sternutatio.

Commentationis principium quod est, Author est ipse, sicuti, &c. dupliciter legitur: prima antiqui contextus nostri lectio ita habet, **πλακαι λυγμον αντος ἐπη.** idest, singultū ipse dixit. Sed in secunda lectione, & in Aldino contextu ita scriptum est, **πλακαι λυγμον αντος ἐπη.** idest, sicuti ipse dixit, & hanc lectionem magis probamus.

Quod legitur, Et ueluti conclusæ ipsum facientes humiditates: Graece est, **ινα πλακαι μοιχλονθητη την ηγετικην υγρα.** idest, ut quasi excussæ ipsum efficiētes humiditates. Vbi uidet non esse legendum Conclusæ, scilicet potius econtrario Erutæ, uel excussæ.

S E C U N D O Galenus probat, singultū iugiter ex plenitudine fieri: exemplum à pueris sumens, qui crebro singultiunt quim sunt repleti: & frigus etiam quod implet neruos, idem ostendit: nam frigus neruosa corpora ad difflandum difficultia reddit, propterea replentur, & singultiunt.

Quod

Quod legitur, Rigor autem, & frigiditas omnis. Græce est, οὐ τὸ λεπτὸν οὐ τὸ φύσιον. idest, Et frigus etiam, hoc est omnis frigiditas.

Quod statim sequitur, Qui omnia neruosa corpora efficiunt ad difflandum difficultia: legi debet, eo quod omnia neruosa corpora efficiunt ad difflandum difficultia. nam Græce est, οὐ τὸ λεπτὸν οὐ τὸ φύσιον τὸν τρόπον τὸν νευρικὸν σώματα. Quod omnia neruosa corpora, fiant ad difflandum inepta ac difficultia.

AB aqua inter cutem habito, si aqua à uenis in uentrem defluxerit, soluiatur morbus.

BRASAVOLVS

QVI aquam intercutem patiuntur, præsertim ascitem, de qua in præsentiarum sermo est, magnam aquæ copiam inter intestina & peritonæum contentam habent, Arabes, & recentes decepti inter siphac, & mirach contineri dicunt, quæ aqua si per uenas à natura ad intestina transmittatur, exit. Cum uero exiuferit, morbus soluitur. quia hydrops nihil aliud erat, quam tumor ventrî præter naturâ ab aquositate factus, quæ ob imperfectionem coctionis genita est.

καὶ ὁ βαρωτὸς ἐχειλίων. idest, Ab aqua intercutem habito.] Intellige ascitem, uel amplia etiam ad tympanitem, si flatus per uentrem exierit, sed Philotheus dicit, οὐ μάλιστα ἀποκίνησις. idest, Et præsertim ascites.

τοῦτο τὸ φλέβας εἰς τὴν κοιλίαν ὑδατοφύγων λύσης. idest, Si aqua à uenis in uentrem defluxerit, solutio.] Nam uero Philotheus dicit, οὐ γένεται δὲ πολλὸς ὑδατοφύγων φυσικὸς ὑδροπαθεῖ τὸ ὑπατό, τούτοις τὸν πυρλῶν πόσον τὸν φύσιον, οὐδὲ διὰ τὸν φρεβὸν ἀποκίνησιν γίνεται. τὸ ποδόντην ἐκένο τὸν γραῦν, τοῦτον γάρ μεσον τὸ ποδοπανον οὐδὲ φρεβῶν. idest, Fit autem multa aquæ fluxus per naturales fecoris tubos, hoc est per portas ad intestina, & per has transiens, liberatio fit. Amplius additione ipsum humidum, quod in medio peritonei & intestinorum est, ut hinc maniferte appareat aquam in hydrope, non esse inter peritonæum & abdomen, sed potius inter peritonæum & intestina. Via autem est per uenarum porositates ad iecur duci, deinde à iecore per meseraicas ad intestina, quamuis & ab ipsis meseraicis pro parte exugi positis (præter id quod iecur prius attingat) & immediate ad intestina transmitti. hoc autem Philotheus considerans, de iecore scilicet ad quod aqua prius transmittatur, annotauit, hic uenas pro iecore accepisse, tanquam partem pro toto, & principium pro principio, inquiens, ίστοι δὲ ἡτοι φλέβες τὸ ὑπατό εἰσάγοντες μέρος τὸ δισυγγενεῖτον, οὐδὲ γέγονται φλέβων τὸ ὑπατό διέντι, τοῦτο γέρει φλέβων ικνευτα. idest, Scindum autem, quod iecur uenas uocavit, à parte totum ostendetis, etenim principium uenarum iecur est, ab ipso enim uenæ oriuntur. Oribasius in contextu, quem interpretatur, particulam quandam habet, quam apud Hippocratem numquam inuenire licuit, tamen simpliciter uera est, hæc aut est. At si tussis accesserit, nulla erit spes salutis, & hoc multis de causis. primo quia significat ipsam abundantiam superiori loco redundare, quæ titillat, & facit tussim: deinde quia ipsa concussio magis inficit, exagitatur enim aqua, tussis uero signum est mortis: immo adde tu, Propinquæ mortis, & quæ iam fores occupauerit.

Scito autem aquæ intercutis solutionē fieri, at si aliae affectiones in corpore sint, per aquæ exitum solui non est necesse, sed tumor ille solus præter naturam ab aqua factus soluitur. Ex hoc aphorismo, aquam intercutē soluendi modum cōdiscere possumus.

G A L E N V S

E T HOC exemplum est earum quæ sponte fiunt & utiliter euacuationum. Spontaneam autem dicimus, non quod sine causa sit, sed sine causa ex nobis fit. Quādo enim data à nobis medicina aquam trahente talis fiat euacatio, non etiā & hanc spontaneam nominamus.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet, in hoc aphorismo exemplum spontinarū euacuationum & utilium ponit, non autem symptomaticarum.

Quod legitur, Et hoc exemplum est, lege & hoc unum exemplum est. nam habetur, ὃν καὶ τὸ παρόλεγμα δί.

S E C U N D O docet, quid intelligendum sit per spontaneum, nempe id quod à nobis non fit, neq; ab arte, sed à natura ipsa intrinseca. cum enim per uim hydragogi, idest aquæ ducentis medicamenti aqua educitur, euacuatio spontina non est. Sed petes: an per easdem uias aqua per uim medicamenti educatur, per quas à natura ducitur. Respondemus, omnino per uenas duci, sed ad uetriculum prius, uel ad iecur, deinde ad intestina duci, quamvis & aliqua portio per illas met uenas ad intestina ueniat.

APHORISMVS X V

A Longo alui profluvio habito, spontaneus uomitus superueniens morbum soluit.

BRASAVOLVS

M A T E R I A E confluxus, qui ex longa consuetudine in aliquem locum defluit, diuertitur: si materia in aliud locum fluat, & ab eo loco, ad quem assueta erat defluere, amouetur. unde si quis diurnum alui profluvium haberit, spontaneo uomitu superveniente, profluvium dissoluitur, quia materia diuertitur, quæ deorsum tendebat, & superiores partes nunc impedit.

Ἐπειδὴ τοῦ οὐρού εχεῖν μακρῆς. idest, A longo alui profluvio habito.] Quamvis satis distille uideretur, si ita scriptum reliquisset, ab alui profluvio habito, ut diurnum profluvium annotaretur. Tuq; per diarrhoeam omne profluvium intellige, quoniam & in difficultate intestinorum uomitus profluvium soluit, de longo uero sermonem habuit, in quo ob consuetudinem uomitu forte solui non posse uideretur: at si diurnum soluit, ut experientia docet, tanto facilius breve profluvium dissoluetur: aphorismusq; de profluvio illo intelligendus est, quod ab extrinseca causa factum sit, & non de eo quod ui medicamenti contigerit.

ἀπὸ των πυρανθρώπων εμετοῦ παραγόμενος. idest, Spontaneus uomitus superueniens.] idest qui à natura intrinseca consequatur, & non ab arte: non tamen hoc dico, quin etiam sciam artem plurimum proficere, quando ratione profluvij diversione indigemus, & arte uomitum proritamus. Hoc autem melius est si sponte fiat, quoniam si arte procuratur, fieri non potest, nisi in diurno profluvio. In incipiente etenim si à natura fiat, bonum est, si minime, tunc prouocari non debet. Quid uero intelligendum sit, per spontaneū, & ipse Philotheus hoc modo exponit, Επειδὴ τοῦ πυρανθρώπου λέγει τὸ ἀνθρώπος αὐτεῖς, τοτὲ μηδὲ μᾶς αὐτεῖς ἀπὸ τοῦ πυρανθρώπου, ἀλλὰ περγανά φύεται. idest, Quod dicit spontaneus, sine manifesta causa significat, hoc est nulla causa à medico proueniente, sed prouidentia naturæ.

Λύσις Διάφορων. idest, Soluit profluvium.] Diuertendo materiam, quod fit, ut Philotheus dicit, Τοῦ λόγῳ ηλικανατων. idest, Ratione reuulsionis, uel in diversam partem attractionis, quoniam (ut Oribasius inquit) id quod inferius profluebat, per superiorem partem excernitur. Ex hoc autem aphorismo tu hic disce, in diurnis alui profluvijs uomitum excitari, quamvis exquisitus sit, si id natura sponte fecerit.

GALenus

E T H O C pariter exemplum est eorum quæ recte fiunt à natura, quæ medicū imitari oportet: utilitas uero ratione retractionis.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet, & hoc esse unum exemplum superfluorum quæ recte euuantur à natura, quam medicus imitari debet. Nam in hoc casu recte operatur, medicus uero naturam recte operantem imitari debet.

In hac etiam Commentatione deest particula Vnum: ita enim Graece habetur, ὃν ἀσῶντος δι τοποθεσίας. idest, Et hoc pariter unum exemplum est.

SECUND O docet utilitatem quae in hoc naturae opere habetur, esse ratione *alii
urias*, idest reuulsionis, uel retractionis, ut Leonicenus interpretatur.

A Morbo lateral i uel pulmonia habit o, alui profluuium adueniens, malum.

BRASAVOLVS

Si quis laterali morbo int̄eriori, aut pulmonia capiatur, alui profluuiio superuenienti te, malum est. nam peius symptoma est, quod his morbis contingere possit, pr̄sertim cum materia incoc̄ta sit, & per illas tiās à natura morbum superante non expellitur.

τὸν πλευετόν ἐχειν. idest, A morbo lateral i occupato.] idest detento & uehementer infestato, ut Galenus dicit. nam hæc particula *ἐχειν*, idest habit o, morbi uehementiam significat, unde Philotheus dicit, *ἡ τὸ ἀπειν ἐχειν, ἐπλωσθεὶς κατέχει βραχίονα τὸν πάνυοντα*, idest, Propter hoc quod dicit, habit o, ostendit fortiter ac uehementer detineri & occupari patiētem, properea exponit hanc particulam habit o, *τοῦτο οὐδὲν εἰδεῖν*, hoc est detento.

η πλευετόν μονίν. idest, Vel pulmonia.] Vterq; morbus in pectore est, sed unus in pan nuculis, alter in pulmonis substantia, de his uero superius copiose egimus.

Διαφόρα τῶν γραμμῶν, καρδύ. idest, Proflutuum supraveniens, malum.] Quia non est uia hæc commoda, per quam materia hæc membra occupantes transire possint, sed fit per modum symptomatis, unde Philotheus dicit malū esse, quoniam *ἀνεῖσθαι τὸν παρὰ σωματικὸν αὐτονόμον, φτερόνθη τὸν ἀδυνατίας αὐτῷ, μὴ ἀλλοιώσας γραμμήν, διεξόντες ἐπηργούς*. idest, Ostendit quod iecur membris respiratiōnēs compatitur. hinc ob ipsius imbecillitatem, cum alteratio non fiat, proflutuum sequitur. Galenus eandem causam assignat, ut in commētationis expositione uidebimus. At Oribasius ob multas causas malum esse docet, primo quia debilitat uires, deinde quia dolor ingens est, & uigilie, ac cedit autem & fluxus uentris, que omnia debilitant. Sed recentiores medici ambi gunt, an alui proflutuum in principio morbi lateral i, an in fine conueniat, quoniam Aui cenna in principio prodesse fatetur, horum recentiorum unus est Conciliator differētia centesima nonagefima secunda, qui multis ambagib; dicit, in principio cōuenire in fert, in fine non conuenire. At nos Hippoc. & Galenum imitati dicemus, si morbus sit uehemens, semper est malum, quia uitium imbecillitatem significat, & iecur compati, unde & in spiritualibus & naturalibus partibus uitium est. At si morbus sit parvus, uel mediocris, euacuationis ratione bonum esse potest, & hoc pr̄sertim si coctionis signa apparuerint: tamen bonum esse non est necessarium, quoniam symptomaticē expelli posset. Hippocrates uero signum perpetuo malum edocere uolens dixit, habit o, idest uehementer infestato, nam in his qui mediocriter patientur, bonum signum esse potest, ut Galenus dicit, immo & Philotheus etiam addit, *ῳδὲ γὰρ τοῖς μετειώσασθαις οἴτην τοῦτο τὸν λόγον λόγων τῆς μεταστάσεως*. idest, In mediocriter patientibus quandoq; bonum est, ratione transmutationis. Intellige, ut Galenus facit, proflutuum quod malum est, non prouenire ratione alicuius cibi, uel potus, uel medicamenti, sed ex uī morbi.

GALENS

CVM partes aliquæ patiuntur, non simpliciter aliæ compati sunt natura aptæ, sed cum forti passione detinentur. Secundum hoc igitur, & hepate fortiter patiente, singultus superuenit cōpatiente stomacho. Tussis autem, & difficilis anhelitus, compatiens his quaē respirationi obseruiunt instrumentis. Sic & his ipsis pessime affectis hepatico compatitur, & hoc ipsum manifeste ostendit Hippocrates, cum non simpliciter dixerit, In morbo lateral i uel pulmonia aluum turbatam esse, malum signum, sed adiecerit Habit o, ac si dixisset detento atq; uexato homini à talibus passionibus proflutuum alui superueniens malum esse signum: quoniam ita se habentibus id solet aduenire non potente hepate ad se trahere alimentū, neq; conuertere in sanguinem, & quandoq; uen triculo idem alimentū corrumpente. In mediocri autem morbo lateral i atq; pulmonia, proflutuum alui superueniens potest prodesse euacuationis, & magis cum signa

coctionis apparuerint inesse passionibus, neq; adest timor, sed morbus est citra periculum. Communiter autem & in his & in omnibus alijs quæcunq; eodem modo dicuntur illud meminisse oportet, quod nullus alius extemporaneus, & manifestus casus superuenerit, ueluti & nunc alui profluuium, non ex cibo, aut potu aliquo, sed morbi ratione contingat. Nam si alia ex causa, & non ui morbi fiat, non potest eius morem significare, si quidem oportet aliquid signo, quod ab ipso ostenditur, connecti.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus notat, quâdo aliqua pars sola patitur, alias compati necessarium non est, si passio sit imbecillis: at si passio intensa sit, compatiuntur.

SECUNDO huius rei exemplum ponit, inquiens, quâdo iecur intense patitur, sanguis superuenit stomacho compatiente: inq; & ex eadem intensa iecoris passione difficilis anhelitus fit, instrumentis respirationi seruientibus, compatiuntibus.

TERTIO docet, quod instrumentis respirationis pessime affectis, necesse est iecur compati, ut Hippocrates notat, qui simpliciter non dicit in morbo laterali, uel pulmonia profluuiu[m] esse malum signum, sed addit habitu, idest detento atq; uexato, nam tunc iecur compatisit, quoniam alimentum ad se trahere non potest, neq; in sanguinem conuertere. inq; quandoq; uentriculus idem alimentum corruptit.

Quod legitur, Sic & his ipsis pessime affectis. Græce est, ὅτε δὲ λαὸς ἀνθρώποις ὥργανοι μετάλλων κακού πέμπουσι, idest sic igitur & respirationis organis adeo male affectis,

QUARTO docet, in his qui mediocrem morbum lateralem habent, atq; pulmoniam, si profluuium superueniat, ratione euacuationis prodesse potest, sed hoc præsterim, quando coctionis signa apparuerint, adeo ut periculum non immineat. Hæc pars, neq; adest timor, sed morbus est citra periculum, in aliquibus Græcis contextibus adeft, in alijs abeft, in nostro antiquo contextu à uiro quodam docto obelo confossa est.

QUINTO unum notat Galenus, quod omnibus eiusdem generis sermonibus deseruit, hos morbos intelligendos esse, nullo alio casu superueniente, ut profluuium ratione morbi fiat, & non ratione cibi, uel potus. quoniam si ex alia causa, & non ex ui morbi contingat, supra morbi significare non potest, quia opus est si supra morbum significare debeat, per aliquod signum iudicium fieri, quod signum morbo coniunctum sit.

Quod legitur, Quod nullus alius extemporaneus & manifestus casus superuenerit, nos potius legeremus, quod & nullo alio extemporaneo & manifesto symptomate superuenerit, ut hoc modo, ut ullus alius extemporaneus & manifestus casus superuenerit, nam Græce est, τό μηδέ μηδέ πάθει καρπού τε καὶ πόδινης οὐχ γενέσθαι τὸ σύμπτωμα.

Quod in fine legitur, Aliquid signo. Græce est, κατὰ τὸ σημεῖον, idest per aliquod signum, forte Leoniceni cōtextus habebat, ut in prima lectione antiqui nostri scriptum est, κατὰ τὸ τῷ σημεῖῳ.

APHORISMVS XVII

Lippientem alui profluuiio corripi, bonum.

BRASAVOLVS

NULLVS equidem lippus est, nisi materia ad oculos profluxerit, quæ quum diuertitur, & aliò tendit, bonum est. tunc enim oculos relinquunt ad aliam partem conuersa. Quum ergo aliquis lippus fuerit, si alui profluuiio capiatur, bonum est, & signum, quia materia diuerti significat: & causa, quia causa est cur lippitudo sanetur. At Philotheus solum bonam causam esse dicit, inquiens, ἡγαθόν διητὴ δὲ τὸ σημεῖον, ἀλλὰ τὸ δέσμον. τὸ γὰρ πλευρὸν καὶ τὸ πλευρὸν τὸ διθελμένων, ἐπεριθετὸν ἀμφὶ καὶ ἀπαπτυνόντων κάτω, οἵτινες τὸ λιγνόδεμα τὸ ἀπτοῦ ἔχει, idest, bonum est non tanquam signum, sed tanquam causa: quod enim abundat, & lippitudinem facit, euacuat simili & deorsum attrahitur: propter euacuationem igitur bona causa.

ὁφθελμῶντα. idest, Lippientem.] At non specificat, an humida sit, uel sicca lippitudo, quia aphorismus in utraque uetus est.

τὸ διαφέοντα λυγθῆναι, ἡγαθόν. idest, Alui profluuiio corripi, bonum.] Intellige uero per aliis

per alii profluvium, genus omne defluxus: intelligeç̄ bonum esse ratione lippitudinis, quoniam ratione profluij, malum esse posset. nam in aliqua inç̄moda inducere posset. At solum ratione lippitudinis bonum est: quoniam, ut Oribasius dicit, materia quæ morbum faciebat, ad inferiores partes prouocatur.

G A L E N S

NON VEL VTI signum hoc oculorum bonum dictum ab eo est, sed tanquam bona causa, quia humorum abundantia simul euacuatur, atque ad inferiora retrahitur. Est autem & hoc apud ipsum exemplum unum eorum quæ sponte, & utiliter euacuantur, que medicum imitari oportet, uidelicet & ita omnes faciunt in lippitudinibus, aluum & clysteribus, & purgationibus subducunt.

B R A S A V O L V S

PRIMO Galenus docet, hoc non esse dictum, tāquam signū bonum, sed tanquam bona causa, ratio est, quia humorum abundantia simul euacuatur, & ad inferiora reuelatur, tamen nos superius ostendimus etiam esse bonum signum.

Quod legitur, Non ueluti signum hoc oculorum, loco huius particulae oculorum, lege lippientium, quia Græce habetur, ἐχόση σημαῖον τοῦ θεραπεύτη.

SE C V N D O docet, hunc aphorismum esse unum exemplum eorum quæ utiliter euacuantur, & sponte, & quæ medicum imitari oportet, & ita in lippitudinibus omnes faciunt, nam aluum clysmatibus & purgationibus subducunt.

VEsica discissa, aut cerebro, aut corde, aut septo, aut aliquo ex tenuioribus intestinis, aut uentriculo, aut iecore, letale est.

B R A S A V O L V S

MULTA sunt in humano corpore membra, sine quibus individuum superuiuere non potest, imò si lēdantur, aut non uiuit, aut agre uiuit: multa quoç̄ sunt, quæ si inciduntur, sanari, atç̄ consolidari non possunt, propterea cum inciduntur, mortem consequi necessarium est, quæ uel cito sequitur, uel ad aliquod tēporis spatium prorogatur. Nunc ab Hippocrate haec partes enumerantur, quæ sunt uesica, cerebrum, cor, septum transuersum, intestinū aliquod ex tenuibus, uentriculus, iecur. His uero predictis membris uesciculam fellis addere debes, spinalem medullam prop̄ caput, pulmonem, media stinum, & lienem, quæ omnia mēbra & si ab Hippocrate in hoc aphorismo relata non sint, nos tamen illa ad aphorismi perfectionem addere debemus, nam Hippocrates solas necessarias partes enumerauit.

Kυση ογκωτών. idest, Vesica discissa.] Galenus quinto De usu partium libro, ex quibus partibus uesica cōstet, ubertim docet, etenim collum habet carnosum, & quod si incidatur, coalescere & consolidari potest, & quotidiana experientia cum alicui, uesi ex calculus educitur, consolidari uidemus. propterea hic Hippocrates de collo non intelligit, sed de uescicæ substantia, & incisio effatu digna esse debet. Illa nempe consolidanda non potest, quia membrum est neruoso, imò uescicæ nocumēta pedibus & cerebro communicantur. discissio uero, aut ferro, re'ue extrinseca, aut humoribus erodentibus, aut hulcerantibus fit, qui per hæc indicia cognoscuntur, à Paulo & gineta libro tertio capite quadragesimo quinto hoc modo descripta: uehemens admodum dolor pecten, hypogastrumq; impedit, urina magna cum anxietate redditur, & post mictionem pus in fundo matulæ subsidet, squamulæq; in ipsa terti odoris, aut lamineæ circumferuntur. Celsus uero libro quinto capite uigesimali sexto signa ponit uulnera uescicæ, inquiens, dolent inguina, quod super pubem est, intenditur, pro urina sanguis, aut ex ipso uulnera urina descendit, stomachus afficitur, itaq; aut bilem uomunt, aut singultum, frigus, & ex eo mors sequitur. Tamen uescicæ simpliciter letale non facit, sed inter ea numerat, quæ difficulter curationem habeant. Aetius autem dicit infanbilis esse hulcera uescicæ propter hoc, quod neruosa est. periculosiora autem sunt quæ ex erosione orta sunt, & modica spes est ea restaurandi, attamen cum sape etiam præter expectationē quedam

KK ; euenant

eueniant, cura est aggredienda, per quam si nihil aliud, certe accessoriū dolores minueruntur. Philotheus ex hac particula οὐανοπόντι, idest discissa, profundam divisionem esse oportere ostendit: eius uerba hæc sunt, σέ τοι εἰπεῖν οὐανοπόντι εἰδίλλωτε τὸν οὐανοπόντι. idest, per hoc quod dicit discissa, divisionem in profundum ostendit. Deinde sequitur, ων διπλοῦ τοῦ εἰρηνικοῦ μοσχαριοῦ οὐανοπόντι διαιρετος γάρ τοι, θαυματώδες. οὐανοπόντι μη γίνεσθαι διπλοῦ τοῦ εἰρηνικοῦ μοσχαριοῦ ἀπόλωση. οὐανοπόντι λινούνται τοῦ τοῦ μοσχαριοῦ. οὐανοπόντι αὔξεις αὐτοῦ γίνεσθαι, ων διπλοῦ τοῦ εἰρηνικοῦ μοσχαριοῦ οὐανοπόντι λινούνται τοῦ τοῦ μοσχαριοῦ. idest, in qua cunctis igitur ex predictis partibus diuisio usque ad profundum facta sit, letale: quoniam neque in una harum partium cicatrix fit, semper enim mouentur haec partes, donec natura in facienda cicatrice quietem habeat: hoc est, opus est ut natura quietem habeat, donec obducit cicatricē: quia mors cicatricem præoccupat, ob partium dignitatem. Post hæc à Philotheo dubium mouetur, quod à nobis superius absolutum est: tamen nunc eius uerba refere nobis molestum non erit, inquit, οὐανοπόντι πονούστε λέγοντες, καὶ ποδὸς οὐανοπόντι λινούνται τοῦ λινούνται διαιρετοῦ, οὐ γίνεται ἀπόλεια; καὶ λεγετοῦ ὅτι οὐχ ἐν λινούνται τοῦ λινούνται διαιρετοῦ, οὐ τοῦ οὐανοπόντι λινούνται, οὐ τοῦ λινούνται διαιρετοῦ, οὐ γίνεται ἀπόλεια. idest, Dubitant autem quidam dicentes, & quomodo in his qui ob lapidem inciduntur uesica utrinque dividua, interitus non fit? Et dicimus, quod uesica non scinditur, sed uesicæ collum, quod & carnosum est, propter hoc interitus non fit.

ii. εὐλεπτον, idest uel cerebro.] Si & ipsum cerebrum præcidatur, letale. Tu uero intellige cerebri substantiam usque in profundum esse præcisam, uel uentrículos pertingat. Celius capite uigesimo sexto quinti libri, cerebri basim uulneratam inter letalia numerat. Inter illa uero quæ sunt difficultia curatu, ponit uulnus membranæ, quæ cerebrū continet, cuius signa hæc esse dicit, Sin cerebrū, membrana'ue eius uulnus accepit, sanguis per nares, quibusdam etiam per aures exit, sereq; bilis uomitus insequitur, quorundam senius obtundunt, appellatiq; ignorant, quorundam trux uultus est, quorundam oculi quasi resoluti, huc atq; illuc mouentur, sereq; tertio uel quinto die deliriū accedit, multorum etiam nerui diffunduntur. Ante mortem autem pleriq; fascias, quibus caput delatum gatum est, lacerant, ac nudum uulnus frigori obiiciunt. Hippocrates uero in primo De morbis libro, hæc dicit: Cerebrum uulnerati si quatatur, laboretq; vocem, uisum, auditumq; intercipit: quod si uulneret, bilis, uomitus, febrisq; superuenit, & aliquid corporis syderatur, peritq;. Nos autem in cerebro uulneratis mira uidimus: in uno qui magnificis Valengis inferviebat, tanta substantia cerebri quantitas exiuit, quantū est paruum gallinæ ouum, tamē euasit: at deinceps probe loqui non potuit, & per trienniū ineptus, & ferè stupidus superuixit. Alium uidimus ex Corsica militem, cui ferè dimidium capitatis cum sua cerebri portione ablatum est, cōualuit: sed nihil recordabatur, loqui non poterat, & erat adeo insensatus, ut nihil uel intelligeret, uel referre sciret: illa solum comedebat, quæ in os ponebantur, totum se constercorabat & commingebat, à confocijs in Corsicam ductus est: an illuc peruererit, ignoramus. Paulus quoq; libro sexto, capite octuagesimo octauo, uulnerati & abscessi cerebri signa describit, inquiēs, uulnernis cerebri membranis dolor capitatis ualidus, oculoruī incensio, cum linguae rubore, & mētis alieniōe est: q; si unā cum ipsiis cerebrū quoq; iēcum sit, homo subito decidit obmutescit, faciē distorquet, tum bilis uomitus sanguinisq; per nares & aures effusio insequitur.

iii. νεφελια, i. uel corde.] Hi subito pereunt, quibus cor discissum est, nam ut Paulus dicit capite octuagesimo octauo sexti libri, corde uulnernato iuxta sinistiorē mammā tellum non vacuo loco, sed quasi altero quodam corpore exceptū appetet, atq; interdum pulsatile motionē præ se fert, sanguis niger per plagam si detur exitus, fluit, extremæ partes frigescunt, sudor & animi defectus accidunt, ac demū matura mors sequitur. Celus uero capite uigesimo sexto quinti libri, inter infanabilita uulnera, cordis uulnra ponit, quæ his indicēt cognoscuntur, sanguis multus fertur, uenæ languescent, color pallidissimus, sudores frigidæ, maliq; odoris tanquam irrorato corpore oriuntur, extremisq; partibus frigidis matura mors sequitur. Sed unum hic inquisitione dignum est, cur qui corde uulnernatur, ita cito pereant, illico enim mortui corruntur. Omnes ex magna sensibili ratione assignamus, scilicet quum cor maxime sensibile sit, in ipso lassione facta,

ad ipsum

ad ipsum tanquam ad arcem totius corporis sanguis illico currit, itaq; impetu & multitudine suffocat. Si non nihil mucronis cordis abscissum sit, animal per aliquod spatum superuixit, & comedit, nec ita breui obiijset, nisi iterum uulneraretur.

^{in operibus.} i. aut septo transuerso.] Celsus capite uigesimali quinto libri, septi uulnera inter difficultia curatu numerat: & haec eius signa esse dicit, Praecordia sursum contra hantur, spina dolet, spiritus rarus est, sanguis spuma fertur. Paulus capite octuagesimo octauo sexti libri haec signa ponit, Inspiratio magna & cum dolore & gemitu fit, per totum spatium, quod inter duos humeros continetur: sed unu signum est, quod ab his authoribus prætermittitur. I. deliriū, hi etenim delirat, quibus septū abscissum est, propterea phrenes, i. mentes à Græcis uocatur: opusq; est abscissionē esse effatu dignam, si is obire debeat, cui præcūsum est: nam & ob motū suū, & quia chartagineū, consolidari non potest.

^{in operibus.} i. aut aliquo ex tenuioribus intestinis] cum hec disruptantur, adeo exangua sunt, ut consolidationē non admittat: propterea à Celso eorū uulnera inter illa numeratur quæ insanabilia sunt: crassiora nāq; intestina quādoq; consolidantur disrupta, unde idē Celsus eorū uulnera inter illa cōputat, quæ difficulter curātur: tamen si uulnus notatu dignū sit, etiā nō coalescit. Signa percussi ieiuniū apud ipsum haec sunt: Cibus & potus per locum excut uulneratū, præcordia indurescunt, nonnunq; bilis per os redditur. Crassiora uero intestina, uel stercus emittunt uulnerata, uel eius odorem.

^{in operibus.} i. uel uentriculo.] Hoc enim egregie discissio mors cita consequitur. unde & Celsus præcītato loco uētriculi uulnera inter insanabilia recēset: quibus uero hic membro uulnus illatū est, cibus & potio per uulnus exeunt, præcordia indurescunt, nonnunq; bilis per os reddit: sunt eadē signa, quæ in intestinorū graciliū uulnera cōtingebant. At quia in intestinis gracilibus nihil aderat, propterea nec cibus exit, nec potus, ut in uētricu lo facit, nec stercus aut stercoris odor, ut in crassioribus intestinis cōtingit: unde Paulus capite lxxxvii. sexti libri, inquit, ex uentriculo succus, ex intestinis stercus egredit: sed opus est alia intestina, & non gracilia intelligere. Aliqui sunt qui per ⁱⁿ operibus, uētricu intelligent; decipimū uero, quoniā qui uulnus etiā saeuū in uentre habuerint, modo intestina lœsa nō sunt, neq; uētriculus, facile sanant. Propterea Oribasius dubitat, inquit, Sed falsum uidet esse qd' dicit Hipp. scimus enim intestino inciso & uentre, səpius euafisse & superuixisse hominē, ut saepe in bello accidit. Respondeamus (ingr) aliud esse præcisionē, aliud incisionē, atq; aliud percussionē. percussio est, quādo aliquid horū pungitur, non tamē diuiditur, ut si aliquis in uentre pūgatur, & non in intestinis. Nam tria inse continet uenter, in medio est caro, intus & foris sunt nerui: & hoc prouida natura facit, ut caro illa calefaciat cibum, & nerui extendantur, quoties multū comedimus. Item caro illa adumata totā se consolidat, quoties pūctio huiusmodi fuerit. Incisio est, quoties membrū inciditur, non tamē diuidit. Præcīsio uero dicitur, quoties membrī continuatio diuisa fuerit, quō nunc dicit Hipp. Si quid ex his membris præcīsum fuerit, letale est: quia sunt quādā principia, sine quibus natura subsistere nō potest. At nos intelligimus etiā abscissum, & si præcīsum nō sit: & per uocabulū ⁱⁿ operibus, hic uētriculū intelligimus.

^{in operibus.} i. uel fecur, letale.] Celsus capite uigesimali quinto libri, iocineris uulnera inter difficultia curatu numerat, & haec signa recēset, Multus sub dextera parte præcordiorū profusus sanguis, ad spinā reducta præcordia, in uentre cubandi dulcedo, punctiones, doloresq; usq; ad iugulū, iunctūq; ei latus scapularū, os intentū, quibus nonnunq; etiā biliosus uomitus accedit. Imò nos superioribus diebus duos in cura habuimus, quibus iecur uulneratū fuerat (ut post eorū mortē uidere licuit) hi quotidie billem euomebat, & intēsissima febre ardebat, tussisq; cōtinua afficiebant. Alterū & nuper curauim⁹, qui gibba iecoris partē cōtusam ex equi calce habebat, perīt hic, & cū maxima siti atq; effu bilē cōtinuo uomebat, nec ullo pacto excernere poterat. Heri illustriss. Renata Ferrari ducifla iussit, ut famulū quendā Gallū repēte mortuū aperiri facerē, ut qua morte obierit, decerni posset: in iecoris gibbo hulcus inuentū est, quod ad suppurationē guenerat. Vt uno igitur uerbo expediā, iecoris hulcera, atq; uulnera letalia sunt.

HOC VERBUM Letale, səpius dixit in alijs, & in hoc ipso libro de his qui KK 4 ex necessitate

ex necessitate sunt morituri. Sapientius autem & in his qui magna ex parte. Quare neque nunc est manifestum, si omnino secturam mortem discissis his partibus, uel ostendere, uel in quibusdam raro hominem seruari contingat. Quod quidem igitur cor uulneratum mortem affert necessario, unum ex his est quae in confessio habentur: non tamen in alijs aequo recipitur, uulnus quodcumque mortem afferre ineuitabilem, sed illud quod magnum est atque profundum, quod rationabile est a uerbo discissa, significari, ut tota uesica tunica diuisa usque ad spaciū interius intelligatur, atque in singulis alijs eodem modo. In uesica quidem, confessum tale uulnus non coalefcere, sicuti & in parte septi neruosa, & in tenuibus intestinis. In uentriculo autem dubitatur; nam q[ui]osdam in eo uulneratos dicunt aliquando, sed raro, fuisse sanatos. Hepatis autem non solum profundum uulnus in fibris eius factum, sed etiam fibram abscissam ait fuisse sanata: nec nos latet quod in libro De uulneribus exitialibus, quædam ex his eius libri autor conatur sanare. Quod uero partes ipsæ diuisa agglutinari non possint, in corde quidem, ac septo transuerso ex iugis eorum motu cōtingit. In uesica autem, quia neruosa est ac tenuis & exanguis, eius profecto collum uidemus quotidie sanari quum lapis extrahitur, quoniam carnosum est. Hepar uero uulnera habet plurimo manantia sanguine, atque idcirco mori anticipant, qui ita sunt uulnerati, prius quam uulnera agglutinetur: dixi autem sic, uolens intelligi etiam uenam esse dissectam. Ob hoc ipsum igitur qui uulnera in summa eius parte consistentia aiunt sanari, & fibras hepatis abstulisse, uerum uidentur dicere. Cerebrum autem uulnernatum sapientius sanatum uidimus, & semel & bis in Smyrne Ionice, uente adhuc præceptore Peleope, & erat uulnus satis effatu dignum. Hoc igitur rarissimum est. Verum autem est, magna uulnra, quæ consuevit Hippocrates nominare dissectiones, affere mortem, & fatentur omnes quod uulnra cerebri quae usque ad aliquid in uentriculos penetrant, etiam afferrit mortem. Tenuum autem intestinorum natura, & uentriculi magis non parum participant carnosas substantias, & ideo in summa parte uulnerata sapientius agglutinantur: tota autem discessa usque ad eorum cauitatem, rarissime. Hoc autem non ut mihi uidetur propter eorum substantiam accidit, sed quoniam non possumus aequo intrinsecis, sicuti extrinsecis imponere uulneribus medicamentum. Qua propter per potiones conat author libri De uulneribus perniciosis inscripti, siue Hippocrates fuerit, siue quis alius, sanare uentriculum.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet, hoc uerbum letale, quandoque ab Hippocrate de his dici, qui necessario sunt morituri: quandoque de his qui magna ex parte, propterea dubitare oportet quomodo in hoc loco Hippocrates intelligendus sit. An his partibus abscissis mors necessario cōsecutura sit, uel in quibusdam homo saluetur, licet id raro cōtingat.

S E C U N D O docet, apud omnes in confessio esse, cor uulneratum mortem afftere: immo addere, & festinam. Sed de alijs enumeratis partibus aequo uerum non uidetur, quod ad earum abscissionem ineuitabilis mors consequatur: sed solum si magnum fuerit uulnus & profundum, consequitur, ut illud uerbum οἰστην, idest disciffo, ostendit.

T E R T I O docet, in uesica intelligendum esse, quod eius tunica usque ad spaciū interius discessa sit, & ita in alijs partibus, quoniam illa uulnra in uesica non consolidatur, sicuti etiam aliæ neruæ partes consolidari non possunt: unde neque pars neruosa septi transuersi, neque tenuia intestina consolidationem admittunt: sed de uentriculo ab aliis quibus antiquioribus dictum est, nonnullos esse sanatos, sed raro. Idem dicunt, non solum profundum iecoris uulnus fuisse sanatum, sed alicui integrum fibram abscissam, & tamen fuisse sanata. Et ipse Galenus libri De uulneribus exitialibus legit, in quo author huius libri talia quedam uulnra sanare conatur. Nos hunc librum non habemus.

Q V A R T O rationem reddit, cur haec partes ab Hippocrate enumeratae, cōglutinari non possint: in corde enim & septo transuerso ob iugem motum id cōtingit. Vesica uero non conglutinatur quia neruæ, tenuis & exanguis: in collo autem, quia carnosum est, uulnera conglutinantur, ut quotidie in lapidis eductioe uidere licet. Iecur uero non conglutinatur, quia ut plurimum uulnra habet sanguinem manantia: & ideo hi prius moriuntur, & uulnra agglutinatur. hoc autem dixit Galenus, ut notaret etiam uenam esse dissectam, & ideo infert Galenus

Galenus, neq; illos uerum dicere, qui dicunt, uulnra in summa iecoris parte consisten-
tia sanari: & minus illi qui dicunt, fibras iecori esse ablatas, & fuisse sanatos.

Quod legitur, Qui uulnra in summa eius parte cōsistentia aiunt sanari, & fibras he-
patis abstulisse: Grace habetur, ἐπει τὰς ἀδημάτους ἀντὶ τρόσεως οὐδέποτε λεγοντος, ἐπει τοῖς
ἰσθῆτας ἀφρεγγών. idest, Neq; qui uulnra in summa eius parte cōsistentia aiunt sanari,
neq; qui fibras hepatis abstulisse, ita habent cōtextus Aldinus, & antiquus noster in se-
unda lectio, quam probamus: nam in prima non habebat ἐπει, sed οὐτε.

QYINTO dicit, saepius se uidisse cerebrum sanatum ex uulnre, & semel in Smyr-
na loniae, & erat uulnus effatu dignus, quum adhuc uiueret eius praeceptor Pelops: sed
dicit hoc esse rarissimum: tamen notat magna uulnra, quae Hippocrates discussiones no-
minare confuevit, mortem afferre: omnesq; fatetur, uulnra omnia qua usq; ad aliquid
in uentriculos penetrant, esse letalia. De cerebro & eius utilitate Galenus diffuse agit
octauo De usu partium libro.

Quod legitur, Et semel & bis in Smyrna Ioniae: in antiquo nostro contextu eodem
modo legitur, καὶ ἔπει τοῖς δισὶ τὸν ιανίαν ψυχήν. Sed Aldinus contextus, quem in
haec magis probo, solum legit, καὶ ἔπει τὸν ιανίαν συνύρν. idest, Et semel in
Smyrna loniae, ut illa particula Et bis, uacet.

Quod etiam legitur, Verum autem est quod magna uulnra quae consuevit Hippo-
crates nominare dissectiones, afferunt mortem. in hac parte haec particula Quod, super-
flua est: nam Græce habetur ἀληθεῖς δὲ τὰς μεγάλας τρόσεις οὓς πορτῶνται οὐα-
μένησι οἰκοπέδαις, ἀφετεντάνται. idest, Hoc autem uerum est, magna uulnra, quae con-
suevit Hippocrates nominare dissectiones, afferre mortem.

Quod statim sequitur, Et fatentur omnes uulnra cerebri: lege, Et fatentur omnes
quod uulnra cerebri. Deniq; rationē reddit, cur tenuia intestina & uentriculus non
coant, si in summa parte uulnrentur, sape agglutinantur, quia sunt carnosæ substanciæ.
Si uero usq; ad eorum cauitatem fiat uulnus, rarissime sanantur: uerum tamen hoc
non prouenit ex eorum substantia: sed quia non possunt medicamenta intrinsecus ap-
plicari, sicuti extrinsecus possunt: unde author libri de uulnribus exitialibus, uel sit Hip-
pocrates, uel quis alter, has partes per potionem sanare docet.

Quod in fine Commentationis legitur, Sanare uentriculum: in contextu Aldino, &
in nostro antiquo eodem modo legitur θρασύνει τὸν κοιλιαῖν. In alio autem Graeco con-
textu solum legitur θρασύνει, & abest particula κοιλιαῖν, quod magis probo, nam illius
libri author per potionem sanare conatur, tam uentriculi uulnra, quam tenuium intesti-
norum & crassorum, & iecoris, & omnium locorum, idest partium nostri corporis affe-
ctarum, quæ intus sunt, & sensum effugient.

APHORISMVS XIX

QVum discessum fuerit os, aut chartilago, uel neruus, aut genæ particula te-
nuis, uel præputium, neque augetur, neque coalescit.

BRASAVOLVS

SICVTI in humano corpore membra sunt, quæ incisa morte afferre solent: ita alia
sunt, quæ quum inciduntur, & si mortem non aferant, tamen nec crescunt, nec consoli-
dantur: tum quia sunt membra seminalia, quæ uires imbecillas habent, tum quia frigida
sunt, & eorum nutrimentum difficulter transmutatur. Propterea ab Hippocrate non ab-
reditur, si os discessum fuerit, aut chartilago, aut neruus, aut tenuis genæ particula, aut
præputium: aut supple tu, aliud membrum ex seminalibus neq; auget, neq; coalescit. Oriba
sius membrorum distinctionē facit, q; alia neruosa, alia musculofa, alia carnosæ, alia ossea,
alia uenosæ. Hippocrates ergo in omnibus uerax, nunc ostendere uult, quæ sint ea mēbra
in corpore nostro, quæ incisa nō sanant. & dicit, Omne quod neruosum est, si præcidat,
difficile ad integratē reuocat: nisi forte locus ille circumdatus fuerit carne, quæ carni adu-
netur. Illud tame simile nō est, cū uideamus collū uescicæ incidi, uel ipsam etiā uescicam,
quando

quando calculi extraehuntur: tum enim in longum finditur, ea parte qua est caro, quia caro maxime adunat, & conglutinat locum, quando id quoque difficile fiat.

ἐπτὴν ἀστρονῆσίον. idest, Cum discissum fuerit os.] De ossium fracturis libro quinto, aphorismo uigesimo secundo ubertini dissertatione. Ossa totius nostri corporis basis sunt & fundamentū, frigida & sicca, & membra seminalia, quae si frangantur, uel incisa sint, per uiam prime intentionis sanari non possunt, Galeno in Arte medicinali, capite nona gesimoprimo dicente, Fractio igitur est continuatatis in osse solutio, quae quantū ad intentionē primam infanibilis existit: quo ad secundam uero quodammodo sanabilis fit. Prima igitur intentio est coalitus partium, qui ob ossis duritiem fieri non potest. secunda alligatio, quae fit callo supernato partes fractas alligante. Docetq; hunc callum habere communem materiam, sed quo ad formam, habere formam propinquam ossi, hunc calum Arabes uocant orasboth. Ossa ergo non coalescunt, neque conglutinantur, nisi per uiam secundā intentionis, per uiam primae intentionis minime. Opus ergo est haec intel ligere in iure qui ossa habeat non amplius crescentia; nam in pueris ossa coalescere possunt, Galeno in prædicto loco dicente, Molle uero & puerile os coalescere potest, sed perraro fit talis affectus, quin cum altero societur. Celsus de his fracturis octauo libro agit. Philotheus dicit non coalescere ossa. *δι ταῦθεντον γερόντις Θεός αὶ φίλας μη ἔχοντες.* idest, ob excessum siccitatis, sicut radices semper non habent.

ἢ χόνδρος, idest uel chartilago.] Quae & ipsa frigida & sicca est, & seminale membrū. Oribasius per chartilaginem illam intelligere uidetur, quae est narium distinctio, tamen nos omnem chartilaginem intelligendā ducimus, quae & ipsa per uiam secundā intentionis consolidatur, & non per uiam primā, & in iure intellige, quia si in pueru ossa coalescere possunt, & in eodem pueru chartilagines coalescere nihil impedit.

ἢ νεῦρος, idest uel neruus.] In multis contextibus haec particula non ponitur, tamen subintelligenda est, & eodem modo per uiam primā intentionis non coalescit, & in ui ro, non autem in puerō.

ἢ γνάθος τὸ λεπτόν. idest, Vel genae particula tenuis.] Quum & apud Graecos γνάθος, & apud Latinos gena duo significet, & carnem maxillam tangentē, & pelliculam oculum protegentē, tam in uno quām in altero uerum est, quod incisa non coalescunt, quia sunt neruosa partes. Oribasius intelligit carnem maxillam tegentem: intelligitq; potissimum hoc uerum esse circa labia, quae sunt magis neruosa: unde per particulum tenuem secundum Oribasium labia intelligere oportet. At si oculi tegumentum intellexerimus, opus erit eius extremitatem intelligere, quae magis neruosa est, & haec partes etiam per uiam primā intentionis non coalescunt, uel id raro fit, sed labra aperta remanēt, & scisura perpetua in gena uidetur. Philotheus uero dicit, *ἰστοῦ δὲ ὅτι γνάθος τὸ λεπτόν πέρι τοῦ μετατού δίχρια τὸ ἄνω γένον θεραπεύει, καὶ τὸ μέσω πάτερνον πλάτυσμα.* idest, Scindum autem quod tenuis pars malae, est pellis media inter superiore & inferiore genam, quoniam est musculosa latitudo: ut ipse per genam tam superiore quam inferiore pelliculam oculos tegentem intelligat.

ἢ ἀκροτοδίνη, idest uel præputium.] Est uero præputium (ut Philotheus inquit) *ἢ μέρος τῆς βαρλαίνης.* idest extrema pars glandis, quae non coalescit, nec augescit, quia neruosa, & quia nō adest caro (ut Oribasius inquit) per quam possit nutriti. At si Philotheus præcise glandem intelligat, uerum non est, quod ipsa sit *ἀκροτοδίνη*, idest præputium: quia præputium est pellicula quae extremam glandis partem contegit, quam Hebrei omnes præcisam habent, unde & recutiti uocantur. Si Philotheus ita intelligat, ab eo non dissentimus: si uero præcise glandis extrellum intellexerimus, ab eo dissentimus, quia nos intelligimus uerum præputium, idest pelliculam illam glandem contegetem, quae pellicula plerunque etiam incisa per uiam secundā intentionis non coalescit. Philotheus de his omnibus dicit non coalescere *ἢ μόνη μέρος τὸ νευρώσις καὶ λεπτή ἐντα, ἀλλὰ καὶ στεγανὸς ἀστρονῆσις αὐτὸν τὰ χέλινα, καὶ τὸ ἀλινάρων τράπεζα, ἢ ὁλίγῳ περιβόλου τὸν ἐπέτερον ἐπὶ αὐτὸν στεγανὸν τὸν γένοντα.* idest, non solum ob id quod neruosa & tenuia sunt: sed ob id etiam quod recedunt ipsorum labia & uulneratione non parum ab inuicem distant, uel ut uniuersaliter in ipsis dicamus, ob id quod ex semine generationem habent.

Οὐτε αὔξεται, οὐτε συμφέται. idest, Neque augetur, neque coalescit,] Nullum ex præscri ptis

ptis membris incisum augetur, uel coalescit, quod in uiro iam maturo intellige, & non in puer. Est uero augmentum (ut Galenus dicit) & augeri, talis substantiae generatio, qualis abscessa est, ut in cauis hulceribus sit, in quibus caro augetur: unde a Philotheo ita definitur, αὐξητις διαι τοι λεπτωτης οντα πληρωμα, idest augmentum est deficientis supplementum. Coalescere uero (ut Galenus etiam dicit) est quando discissa corporis labra agglutinantur, & hoc per uiam primae intentionis, ut per ipsas partes fiat, & non per aliud tertium, quam Philotheus ita definit, σύμφωνος δε η θεοτελεσθησθεντων κατεργασθων καταστησθων. idest, coalescentia autem est seiuitorum laborum unitio, coniunctio, & partium cōglutinatio, in quibus in totum faciat utrinque diuisio. Scito igitur in nostro corpore ex his quae inciduntur, & restaurari possunt per primam uel per secundam intentionem duo extrema inueniri: unum est molissimum, aliud durissimum: molissimum est caro, durissimum os, quod non potest coalescere, nec augeri effractum, nisi in pueris quandoq. Caro autem in omni aetate coalesce potest, & augeri: reliqua partes quanto magis ossi appropinquant, tanto difficilius augentur & coalescunt; quanto magis carni proximae sunt, tanto facilius coalescant & augentur: sed in genere neruosa omnia atq; seminalia uere coalescere non possunt, nisi in pueritia: ut ex Galeno in libro Artis medicinalis, superioris dictum est: imo nec istud in omnibus pueris. Si uero petas cur aliqua coalescant, & alia non coalescat: ex his que sequuntur, ratio sumi potest. primo molles est causa coalitus: nam quod molle est aliqua qua sibi miscentur, facile recipit, & facile cōglutinatur. secundo caliditas causa est, cur membra faciliter coalescant: nam intensa caliditas & nutrimentum attrahere potest, & etiam in nutrimenti naturam conuertere: econtrario membrorum frigiditas causa est, cur non coalescant, tertia causa est facilitas nutrimenti: nempe id nutrimentum quod facile conuertitur, facile etiam coalescere facit. Intellige uero per nutrimenti facilitatem, aptitudinem ad facile nutriendum. Si uero dubites, cur Hippocrates his duobus uerbis usus sit, αὐξεδητη καταστησθεντων, idest augeri & coalescere, Respondemus, cum & ossa & reliqua enumeratae partes dupliciter discindi possint: uno modo ossis parte auferendo, alio modo solum scindendo, ob primum dixit, augetur: quoniam os augeri non potest, sicut caro facit. Et hoc intellige in uiro, nam in pueru an augeri possit, dubium est. Ob secundum uero dixit, non coalescere, idest simul non agglutinari per uiam primae intentionis, licet per uiam secundae intentionis agglutinentur.

G A L E N S

AVGERI uocat talem aliquam generari substantiam, qualis abscessa, sicuti in cauis hulceribus uidetur caro germinare. Coalescere autem quando discissi corporis labra agglutinantur. Quod quidem nec cartilago, nec os generentur, est in confessio. An uero agglutinentur, nonnulli dubitant. Inquunt enim perspicuo uideri ossa perfecta agglutinari. Hi uero aberrant & doceri possunt in brutis, quorum pars aliqua fracta contraxit callum. Hæc enim seu uiua, seu mortua, si quis uelit inspicere dissecando, uidebit manifeste à callo quodam, ueluti uinculo circumscripto partes ossium discissas esse constrictas, quas si abraserint, fracturæ profundæ uidebunt non glutinatum. Sic igitur de his quae diximus ambigunt, nonnulli augeri dicentes, non tamen coalescere: quidam uero etiam coalescere, sed raro augeri. Igitur illa desiderant, quae per exesum sunt ulcerata, & nullum uidi taliter affectum cui nō increuerit caro. Agglutinari autem illa que discissa sunt, & non discissa. Hæc enim inuicem differint, quum discissa diuisiōne habeant usque ad finem peruenientem, quae nunc Hippocrates inquit non coalescere, non ob id tantum quod neruosa sunt, atq; tenuia, sed quoniam etiam ex eo quod talem habent naturam, labra uulneris non sunt parum distantiā inuicem.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, Hippocrate dicere αὐξεδητη, idest augeri, quando talis substantia generatur, qualis illa quae abscessa est. ξυμφέδητη, idest coalescere autem, quando labia discissi corporis agglutinantur.

S E C U N D O docet, apertissime constare, nec chartilaginem, nec os generari, sed an agglutinentur, ab aliquibus dubitatur, imo dicunt fracta ossa agglutinari, & hoc esse perspicuum.

T E R T I O

TERTIO Galenus hoc reprehendit, nam si quis brutum animal dissecet uel mortuum uel uiuū, cuius pars aliqua fracta callum contraxerit, is manifeste uidebit callum fractas ossis partes tanquam uinculum ambire atq; constringere. At si abraserit, fracturæ profundum non glutinatum inueniet.

QVARTO Galenus refert quosdam esse, qui de his quæ dixerat ambigunt, ut non nulli uoluerint hæc augeri, sed non coalescere; alij uero coalescere quidem, sed raro.

Vbi legitur, Sic igitur de ijs quæ diximus ambigunt, nonnulli augeri dicentes: duæ particulae desunt, una est cōiunctio Et, alia hæc particula Aliqui. Græce enim habetur, ἔτω δὲ καὶ πόλις τὸν ἐγγυμάτων ἀμφορεῖν τούτον τὸν οἶκον, εἰ μὴ αὐτῷ οὐδέποτε λέγοντας. idest, sic igitur & de ijs quæ diximus ambigunt aliqui, nonnulli quidem augeri dicentes.

Vbi legitur, Sed raro augeri: hæc particula Augeri, huic coniungenda non est quæ dicit Raro, sed sequenti particulae qua dicit, Igitur illa desiderant nam legi debet, Augeri igitur illa desiderant. Illa autem particula Raro, per se sola relinquenda est. Etenim Græcus contextus ita habet, πόλις δὲ γένεται από την συμπίεσθαι, idest, quidam uero etiam coalescere, sed raro. Postea sequitur, τοῦ μὴ οὐδὲν αὐτῷ λέγεται τὸν ιδίαν διαβρωτηριόν λακαρίδα στέρνη, idest, illa igitur augeri desiderant, quæ per exesum sunt exulcerata.

QVINTO illa augeri docet quæ exesa sunt & in carnem: nunquam hominem uidit qui exesu fuerit, cui non creuerit caro. Illa uero agglutinantur, quæ diuisa sunt, & non discissa, nam hæc differunt, quia discissa diuisione habent usq; ad finem, quam non est opus habere diuisa. Hic Hippocrates de discisis dicit, quod non coalescant. & hoc non solum ob id quod neruosa sunt & tenuia: sed etiam quia cum labia uulneris talia sint, ab inuicem plurimum distant.

Quod legitur, Et non discissa: eodem modo in Aldino contextu negative habetur, οὐδὲ οὐ τὸ στεγανομερία. Sed noster antiquus contextus affirmatiue legit, scilicet οὐ τὸ στεγανομερία, exquisitus uidetur, si negative legamus; tamen & affirmatiuus cōtextus in rectum sensum duci potest.

Quod etiam legitur, Sed quoniam & iam ex eo quod tales habent naturam: Græce habetur, ἀλλὰ καὶ οὐ τοιούτου αὐτῷ οὔτε τούτῳ. idest, sed quoniam cum sint talia.

Quod sequitur, Labra uulneris non sunt parum distantia inuicem: Græce est, ἀλλὰ τούτου τούτου χείλη τούτου τρώστως ἀλλήλων οὐκ ὀλίγοι. idest, labra uulneris non parum inuicem abscedunt. Tu uero si de his exquisitiorem doctrinam habere cupis, Galenum legas in libro De semine, qui ubertim harum rerum rationes affert.

APHORISMVS XX

SI in uentrem sanguis præter naturam effunditur, necesse est suppurari.

BRASAVOLVS

QVVM sanguis propria uasa & proprias cavitates exierit, semper congregatur, & si extra corpus sit, tēporis spatio putreficit: si uero in corpore continetur, sed extra propria uasa, citius putreficit, ob naturalem calorem qui ad putredinem incitat, quando uenas exierit, nam tunc à sua naturæ regimine derelictus est: & hoc non solum facit sanguis, sed & lac & semen. Vnde quū Philotheus huius aphorismi causam reddit, inquit, τὸ αἷμα καὶ τὸ αὐτόματα καὶ τὸ γαλα. ēτ τὸ οἰκεῖον τῶν γινεταί θρούσθοντα καὶ σιτεῖν, id est, Sanguis & semen & lac ex proprijs locis exeuntia congregantur uel grumescent & putreficiunt.

ἥν εἰς τὸν φυλιστὸν αἴματα ἐκχυθῆν περὶ φύσην. idest, Si in uentrem sanguis præter naturam effluxerit, intellige si sanguis proprias cavitates, hoc est uenas ipsas exierit, tamen in corpore maneat. Per uentrem uero omnes corporis cavitates intellige, ad quas sanguis qui uenas exierit, peruenire potest, quamvis uocabulum φυλιστός, idest uenter, inferiorem uentrem significet: & ut Galenus in Cōmentatione edocebit, in aliquibus aphorismorum libris, communiter id uocabulum uenter intelligitur, quia non habet articulū; in aliquibus articulus adest, & tunc uentrem particulariter annotat, tamen probat ut commu-

ut cōmūniter accipiantur, quam sententiā & Philotheus secutus est, inquiens, πίνα τέ ξεστ
ηράρθρου, πινά δέ σ. καὶ εἰ μὲν ἔχοις τὸ αρθρόν, ποδὲ τῆς στολῆς γεγένεται ὁ λόγος. εἰ δέ σπ. ξεστ, ποδὲ
πατος κοιλότητος, καὶ εἰτ' ἀμφότερα αἰλυθεῖς ὁ λόγος, πεδῶν γόρη ἐκχυνθῆσεται. idest, Qui-
dam (scilicet aphorismorū contextus) articulū habent, quidā non habent: & si quidem
articulū habeant, de uentre cibi cōceptaculo sermo est: si uero non habeāt, de omni ca-
uitate, & in utroq; sermo uerus est. ad quēcunq; enim effluxerit, corrūpitur. Oribasius
uero omnē caitatē intelligit, inquiens, Hippocrates in hoc aphorismo omnes caita-
tes uentris, uentriculū appellauit: dicitq; si extra uasa exierit sanguis detentus, in conca-
uitate alia tabefacit, & inficit calorē naturalē, & quia pr̄ter naturā est, suppuratur, & in
saniē conuertitur. per saniem uero, omnē humorē à uenis exuenīt intellige, sed potissi-
mum sanguinē, utpote qui ob caliditatē & humiditatē, quam habet, facile p̄treficit, pre-
fertim quando est in loco non suo, & sibi improprio, in quo à natura regi non potest &
cōseruari. Scitoq; id quod dicitur pr̄ter naturā, ad uentrē applicari posse, & ad sanguinē,
ad uentrē, quia pr̄ter naturā est uenris & cōcaitatis quae non sit uena, sanguinem
recipere, & pr̄ter naturā sanguinis, qui non est naturalis si uenas exit, uel hoc non est
sibinaturale exire uenas, & in locum aliū transire, & hic est Galeni sensus.

G A L E N V S.

QVIDA M sine articulo apud Græcos uentrem scribunt, uiolentes omnem signifi-
cari cauitatem, quibus adstipulatur, quod præter naturā adiicitur, per quam adie-
ctionem tale quid ostendit Hippocrates: si unquam sanguis à propria cauitate in aliam
quacunque peruenierit, ut sanguis permaneat est omnino impossibile. Sic igitur & in
inflammationibus, & illis, quas Græci ξυγμώσεις nominant, fieri uidetur. In inflamma-
tionibus quidem per minimas partes disperso sanguine ad eas quas sunt in musculis ca-
uitates, quas sola ratione cōtemplamur, in ecchymosisibus autem, in spacia effuso quo ua-
sis circūcent. Suppurari autem non est recte dictum, cum nomen sit unius mutationis
in sanguine factæ, quare nonnulli ipsum ad generalius transferunt, ad corrupti uideli-
cet, hoc ab ipso dicētes significari. Sic enim uidetur fieri non permanere sanguinē, cum
à suo loco exciderit naturali, sed aliquando quidem suppurari, aliquādo uero liuescere,
aliquādo in grumos uerti, præsertim quādo in magnā cauitatē exciderit præter naturā.

B R A S A V O L V S

PRIMO Galenus docet, quosdam sine articulo *κοιλίῳ*, idest, uentre, & non *τύλῳ* legere, dicentes, sine articulo omnem cauitatem significari, & non solum cauitatem, in qua recipitur cibus: sed hi argumentum habere possunt, illam particulam, praeter naturā, quae in Hippocrate hunc sensum facit. Si quandoque sanguis à propria cauite, in aliam quācunque peruenierit, impossibile est, quod sub forma sanguinis permaneat, unde eodē modo fieri uidetur, & in inflammationibus, & in *εγχυμωσίᾳ*, idest, sanguine collecto in copioso loco. nam in inflammationibus sanguis per minimas partes ad musculo rū cauitates dispergitur. has autē cauitates oculis non percipimus, sed mente ipsa concipiimus, in ecchymosisbus uero sanguis in spatia effunditur, quae uasis circumiacent.

S E C V N D O docet non recte díci suppurrari, quia nomē est unius solius mutationis in sanguine factæ. Ideo nōnulli generalius exponunt, scilicet corrūpi, unde cū sanguis à suo naturali loco exit, non permanet sanguis, sed quandoq; suppurratur, quandoq; liue- scit, quandoq; in grumos uertitur, & hoc potissimum si in magnam aliquam cavitatem prater naturam exciderit, tamē in processu temporis semper corruptiū & putreſcit.

Quod legitur, Aliquando uero lieuscere, in Aldino contextu habetur ποτὲ μελάινη, idest, aliquādo uero denigrari. sed noster antiquus contextus duas lectiones habet, & hanc μελάινην, & alia quæ dicit ποτὲ πειλισθῆναι, idest, aliquando uero lieuscere, quam lectionem Leonicenus habebat. probamus nos legendum esse nigrescere.

In insaniis si varices, uel hæmorrhoides superuenient, insaniæ solutio.

INFERIORES partes à superioribus diuertere nulli dubitū est. Si igitur aliqui insāti sint, cum insania in capite fiat, si uarices superueniant quae in cruribus sunt, uel haemorrhoides profluant, quae circa anū sunt, soluitur insania; quia materia, quae in capite prius erat, ad has infimās partes diuertitur, & etiam euacuat, unde per has (ut Oribasius inquit) sit de superiorē parte ad inferiorem morbi solutio.

Tοῖοι μανιούσιοι, idest, In insaniētibus.] Ira Theodorus, Hermolaus, & alij, hoc uocabulū **μανιούσιοι** interpretantur, nam in helleboro nigro Dioscorides dicit iuuare μελαγχολίας, **μανιούσιος**, idest, Melancholicos interpretantur, & insaniētibus. Celsus capite decimo octauo tertii libri de tribus insanīa generibus agens, multas melancholię species complectitur, sed de his tertio libro egimus, hic secundū Galenū intelligere debemus insanos melancholicos, non furibundos à flaua bile agitatos. Philotheus quoq; melancholiā hic intelligendam iudicat, inquiens, **νῦν μανιαν, τότε μελαγχολίαν λέγεται, ταχύπλοον, ἦτορ τῷ μελαγχολικῷ χυμῷ γίνεται. ή γέρων καὶ νεανία τὸν τοιούτον τῷ φαύλῳ χελῆ γίνοντάν γε, idest, Nūc uocabulo abusus maniam melancholiā uocat, quae in melācholico humore fit, proprie em Mania, alienatio est cogitationis ex flaua bile facta.**

Κιρσῶν. idest, Si uarices.] quae sunt uenæ latiores (Oribasio etiam teste) quas sepius per genua ad pedes descendere uideamus. Sunt autem uenæ ipsæ, quae ob laborem effectæ sunt latiores, uel quia st̄t, quales in bauulis & rusticis circa crura saepe uideamus; impletur facile, & magna ex parte, humore melancholico graui, apto descendere & uenias extendere. An uero solum circa crura fiant, dubiū uidetur. Plinius libro undecimo capite quadragesimo quinto inquit uarices in cruribus uiro tantū, mulieri raro. Tamen constat uenias etiam in inguine tumescere, in temporibus, in uentre, in testibus, immo à Græcis **κυρσῆλην** unum genus ramicis à uarice uocatur. Recentes herniam uaricosam nominant, Latinis uaricolum ramicem, quoties uenæ præter modū replete cōglomerantur, & medici huic generi curam adhibent, nam inciduntur, & extraheuntur. Si quis cupiat sanari ab his quae in cruribus sunt uaricibus, supra tabulam ligatur, ne dolore percitus refugiat, postea in duobus alligatis capitibus, id totum quod inter ligaturas interierat, excarnatur, & absinditur. Plinius loco præcito dicit, Caium Marium, qui septies consul fuit, stantem sibi extrahi passum, unum hominē, Oppius author est. Illud addendum, ex uno tantum crure passum esse extrahi: ex altero recusasse, dicente medicinam morbo esse grauiorem. Cicero in Tusculanis quæstionibus idem testatur. Quāuis igitur in alijs partibus intumescent, tamen in cruribus potissimum apparet. Ab Aristotele **ἴσια** dicuntur, quāuis alij **κυρτὲς** uocent, & Plutarchus in Marij uita hoc nomine **ἴσια** uetus est. Nonnulli ita distinxere, ut **ἴσια** sint in cruribus solum, **κυρτοί**, in toto corpore, & etiam in cruribus. Vna herba est, quae à uaricibus nomen sortitur, nempe **κυρτός** dicitur, alias illam esse putauimus, quae uulgo buglossa uocatur.

Τὸν μανίν λύσειν. idest, Vel haemorrhoidibus superuenerint.] idest, Sanguinis defluxus ex haemorrhoidibus, de quo alijs in hoc libro egimus,

Τὸν μανίν λύσειν. idest, Insaniam solutio.] hic enim per Maniam insaniam intelligere operet, de qua in prima aphorismi particula loquebamur, quæ ab atra bile facta sit, & non à bile, sit uero solutio, quia materia ad oppositum locum diuertitur, & euacuat, unde & à Philotheo dicitur insaniam solui τῷ λόγῳ τὸν τοιούτον τὸν χυμόν, καὶ τῷ λόγῳ τὸν μεταστοιχούς, καὶ τῷ μεταστοιχού ἀγλάται στοιχοῖ τῷ τούτῳ καὶ τῷ τοιούτῳ, στοιχοῖ τῷ τοιούτῳ. id est, Ratione secretionis humoris, & ratione transmutationis, & transmutatio quidē per uarices ostenditur, secretio uero per haemorrhoidas, quandoq; tamen & per uarices, & per haemorrhoidas fieri potest.

G A L E N V S

Hic insaniam illam quae proprie melanholia dicitur uocat, non illum qui fit ex bile furorem. Est autem uarix cum uenæ latiores sunt in coxis, & cruribus, quod ex crasso, & melancholico humore contingit, adeo quod pellē natura ad partes ignobiliores eos qui insaniam efficiunt humores, & præsertim cum melancholici fuerint, accrassi, dictarum sequitur passionum generatio, & insaniam solutio.

Brasavolus

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, in hoc loco ab Hippocrate vocari *μανίαν*, id est, Insaniam illam, quae proprie dicitur melancholia, quae ab atra bile fit, & non illam quae fit ex bile, quae furor à Latinis nuncupatur.

S E C U N D O docet, Varices esse latiores uenas in cruribus & coxis, quae ex crasso & melancolico sanguine ita sunt, natura etenim ad has ignobiliores partes humores insaniam facientes pellit, & præcipue cum fuerint melancholici & crassi, predictæ passiones sunt, et insaniam solutio consequitur, unde medicus recte operas, in insanientibus hæc irritare.

Quod legitur, est autem varix cum uenæ latiores sunt. Graece habetur *υερός γέρης* (debet, εἰνὶ τὸν οὐράνιον φλεβῶν, id est, varix autem est dilatatio uenarum).

Quod etiam legitur, ex crasso & melancolico humore contingit, Graece non dicitur humore, sed sanguine, ita nanc̄ habetur ἐπιχέες ηγετελεῖς γενόμενος αἴματος.

Quod etiam legitur, Adeo quod pellente natura, illa particula, adeo quod, uacat, quævis in Graeco codice ibi adsit, ἀστέρι. Melior enim continuatio sit, si illæ duæ particulae absint,

A P H O R I S M V S X X I I

Quæcumq; rupta ex dorso ad cubitum descendunt, uenæ sectio soluit.

B R A S A V O L V S

D V A sunt in antiquis contextibus huius aphorismi lectiones, una quæ legit ἑγγυατή, id est, Rupta, quæ in Aldino contextu, & in antiquo nostro inuenitur, & Galenus in suo idem habuit, alij legunt ἀλγήματα, id est, dolores, quam lectionem probauit Galenus. Quicquid iero horum dicatur, in rectam sententiam duci potest. Quæcumq; rupta sunt, ut sanguis in ruptionis loco sit collectus, & ex dorso ad cubitum descendat, nulla est magis conueniens regio, ἢ per brachium ducere; ideo uenam cubiti secabis, uenā scilicet basiliacum, & morbum solues; uel si etiam sit dolor, qui ex dorso in cubitum tendat, misso ex uena sanguine soluitur, quoniam materia illa euacuatur, quæ dolorem faciebat.

ἴνοτε ἑγγυατά εἰν τῷ νώτῳ εἰς τὸν ἀγνῶνας κεραβίνας, id est, Quæcumq; rupta ex dorso ad cubitos descendunt.] Philotheus legit ὅντα ἀλγήματα ηγετελεῖς, id est, Quicquid dolores & rupta, immo dubitat quomodo dicat ἑγγυατή, id est, Rupta, inquietes, ἀλγήματα ηγετελεῖς, ἀλγήματα λέγεται βαίνειν, τοις ύλησιν εἰκόσι πρεπολέπειν, id est, Sed per respondsum dolores descendere dicit, materia illuc conuerfa, Oribasius inquit ex uertebris accipiunt officium suum manus. Si ergo dolor fuerit in cubito, significatur spinalem esse affectionem, id est, aut ex constipatione, aut ex punctione, aut ex alio quovis morbo. In cisa ergo uena in brachio ipso, soluit dolorem; quia siue tumor sit, relaxatur, qui ante operimebat uenas, & faciebat dolorem, siue humor detrahitur, siue constipatio relaxatur, Unum est, potius intelligendum esse dolorem, quam ruptum, tamen & si ruptio adsit, dolor etiam per compallionem adest.

οἰλετομή, uel φλεβοποια λύει. id est, uene sectio soluit.] quoniā, ut Philotheus dicit, ἵνε γέρης φλεβαὶ καὶ ὄλη δὲ τῇ κενωση πιεῖσθαι, δῆτα τῶν ξυμφερόντων χαείων. id est, Quoniam illuc materia fluxit, & oportet per conferentes regiones euacuationem facere. Scito autem hunc dolorem ex multis causis fieri posse. quæcumq; ex flatti sit, & in hoc casu, quantum sit ratione flatus, nihil prodest sectio uenæ. At quia per illius materię euacuationē, materia, quae in flatū transit, simul euacuari posset, propterea tunc morbum etiam soluet; quandoq; fieri posset ex pura pituita, uel ex bile pura. In his casibus uenæ sectio etiā non competenter, nisi ob hoc forte, quia hæc materia simul cum sanguine euacuetur. Unde si uelimus hunc aphorismum universaliter intelligere, hanc materiam sanguineam esse intelligamus. quæ ut plurimum in his partibus abundat, præsertim in uenis illis majoribus per dorsum transeuntibus, & quæ ad brachia peruenientes in ramos diuisæ sunt,

G A L E N V S

M E L I V S quidam scribunt. Quicquid dolores, nam ruptum ipsum descendere, unum est impossibilium, siquidem diuulsa, ac rupta musculi parte carnosa, fit ruptum. Videtur quidem nonnunquam manifeste admodum collectus in loco ruptionis

LL 2 fanguis

sanguis, & discussione sanatur. Reliqui uero qui sunt in dorso dolores, ex defluente humor generatur solo aliquando, sed magna ex parte crasso, ac flatuoso spiritui associato, quem excipere oportet atque euacuare, per uenæ in cubito existentis sectionem, quando hic apparet fluens. Est enim eius preceptum, secundum quod humores repunt facere euacuationes. Idem autem significant & uerba haec. Eo ducendum est quo repunt, per loca oportuna. Si autem de ruptis sermo est scriptus ab eo, eos qui faciunt cōpatiēdi ratione dolores intellegendum est dici ab ipso descendere ad cubitos, non ipsam carnosæ partis diuisionem. Et quidem fieri potest ut & talis uenæ sectio utilis sit cōmuni euacuationis ratione.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus illos laudat qui legunt ὁντας αληθινά, id est, Quicunque dolores, & non φάντα, id est, Rupta, nam impossibile est ruptum descendere. Ruptum enim dicuntur, quando diuulsa, & rupta est carnosa pars, nos autem uidemus sanguinem in ruptionis loco manifeste collectum, & discussione sanatur: unde Galenus nullo modo probat quod ruptum legit: tamē intelligētes, ut exposuimus rupta, & quae dolores descendentes faciat, non soluitur ruptum ex sectione uenæ, sed dolor is soluitur qui ob materiam descendenter fit.

S E C U N D O docet, alios dolores qui in dorso sunt, præter illos qui ex rupto inducuntur, ex humor defluente aliquando solo fieri, sed ut plurimū crasso & flatuoso spiritui associato, quem per uenæ sectionem in cubito euacuamus, quando ad cubitum descendere uideamus, iuxta Hippocratis preceptum, illuc euacuandum esse quo humores repunt per cōuenientem regionem, & superius in alio aphorismo dicebat eō ducendum esse quo repunt per loca opposita.

T E R T I O docet, Si de ruptis Hippocratis sermo scriptus sit, opus esse intelleximus, ligere dolores per cōpatiēdi rationem ad cubitos descendere, non ipsam carnosæ partis dimensionem, nam fieri potest talis uenæ sectionem utilem esse, ob id quia uniuersalis euacuatio est, & non ob aliud.

APHORISMVS XXIII

Si timor, atque mœstitia lōgo tpe habētes perseuerēt, ex eo atra bilis significatur.

BRASAVOLVS

M E L A N C H O L I C V S humor obscurus est, atque ater, quo qui abundant tēperatur, ram quandā similem incidunt, per quam timidi, mœstia efficiuntur. Causa est, humor ipse: effectus, timor & mœstitia. Cum igitur hunc effectum uidebimus, timore inquit, atque mœstia, & ab aliqua re extrinseca facta non sint, sed longo tēpore perseuerauerint, tu ex hoc effectu causam ipsam adeste prædicto, scilicet atrā bilem, & hūc esse atrabilariū. Secus effectus, si extrinsecas causas haberet, quae timore & mœstia inducerent, ut si dulces filij, cariue nepotes morerentur, si hostes infenissimos haberet, qui illū interficere tentaret: tamē quando hæc etiā perseuerāt, & si atrabilarius non sit, atrabilarius efficitur. Duo autem sunt huius aphorismi sensus. Unus est, si timor atque mœstitia longo tēpore perseuerent, atrā bilem induci, quia ex longo timore, atque mœstitia, sanguinē & spiritus contaminari necessariū est. Alter sensus est, si timor atque mœstitia perseuerēt, signū esse, quod ab atra bile fiant, quia hæc diu perdurare non potuissent, nisi intus fundamentū habuissent. Primus sensus de metu & mœstia est, quae ab extrinseco sint. Secundus de eisdē, sed quae ab intrinseco prodeant. Celsus hunc secundum sensum probare uidetur, ne pe capite septimo secundi libri præsentē aphorismū ita refert. At si lōgo mœstitia cum lōgo timore, & uigilia est, atra bilis morbus subest. unū uero ipse addit, quod ab Hippocrate non dicitur, scilicet aut uigilia est, tamē nos experientia hoc cōpertum habemus, hos semper uigilius pati, quod atra bile uexat, uel intēse, uel remissē uexētur, immo et omnes mœsti, atque timidi sunt, quādo non fuerint uehemētissime agitati, & furibundi, sed egritudo ab atra bile, & non à flaua debeat. Cū enim ex supassata bile agitan, non solū non timet, sed etiā in manifesta pericula temet. φόβος, id est, Si timor,] scilicet diu perseueret, & nulla adsit timoris (mere prosiliū, causa, sitque timor uehemētior, quam is habere consueverit qui timet. Timor autem est de futuro aliquo malo: ita enim in quarto Tusculanarum quaestionum libro timorem definitus Cicero, esse motum malī appropinquantis, & Aristoteles in Ethicis.

Kαὶ μυσθυμίη πολὺς ξένον τραχεῖα, id est, & mœstitia lōgo tēpore perseuerent,] Intellige

Intellige vero per mœstiam, tristitiam quandam, quæ gaudio opponitur. Si lôgo tēpore persevereret, signū est nō esse factā ab extrinseco, sed ab intrinseco perseverāte, quā & Cicerō in quarto Tusculanorū p̄cītato, ægritudinē flebilē definiuit, q̄uis ipse hoc nomine Mœror utatur, sed mœror, atq̄ mœstia idē sunt. Hic uero nōnullæ ambiguitates occurunt, una est, an alia sint, præter hæc duo atræ bilis symptomata, & si adhinc, quæ sint, & cur illa Hippocrates nō enumerauerit. Præterea quærendū est, quomodo timor atq̄ mœstia fiant, idest, an sit totius tēperatura ita constituta, quæ timorē, atq̄ mœstia inducat. An sit obscuritas quedā, ab hoc humore in cerebrum sine aliqua tēperatura inducta. Ad prīmū respondemus, esse multa alia symptomata atrā bilis consequentia, quæ à Galeno in tertio De locis affectis libro capite sexto enumerātur, & in fine quinti De symptomatū causis, & in Definitionū libro sibi adscripto, & ab Aetio libro sexto capite nono, & à Paulo libro tertio capite decimoquarto. Sunt uero hæc quæ sequuntur, hominū odiū, et cōmunes congressus refugere, solitudine gaudere, species in cogitatione uarias habere, corporis gracilitas, nigredo, densitas. Hippocrates aut & prædicta indicia, & multa alia omisit (ut refert Galenus p̄citato tertio De locis affectis libro) quoniam omnia ad hæc duo deducenda esse iudicauit, Galeni uerba hæc sunt. Proinde recte uidetur Hippocrates omnia ipsorum symptomata ad hæc duo coegisse, timorē, & mœstiā, & in fine quinti libri De symptomatū causis inquit, In omnibus aut unum cōmune habetur, quod Hippocrates quoq̄ dixit, Si timor & mœstia diu perseverant, atrā bilis significat, quippe oēs præter rationē mœsti sunt: quod si eos interrogaueris, quāobrem tristentur, non habet quod respondeat. Paulus etiā dicit, Cæterū eadē cōmunesq; pari ter omniū sunt notæ, metus, mœstia profunda, hominū odiū & auersio. Non mirū igitur si ab Hippocrate hæc sola duo symptomata enumerātur, quoniā his tanq̄ sub gehe ribus alia continentur. Ad aliam dubitationē, ex his Galeni uerbis, quæ in fine quinti libri de symptomatū causis sunt, solutio haberī potest, ubi dicit, Quod uero atra bilis, rationalis animæ arce occupans, timorē, mœstia, & mortis expectationē inducat, nihil mirandum est cum uideamus in rebus externis, nihil magis q̄ tenebras nos perterrefacere. Si igitur quidpiā tenebris simile rationali parti animæ circūfundatur, hominē semper timere necesse est, utpote qui semper timoris causam in corpore circunferat. Quod enī nobis extrinsecus accidit, cū ambiens nos aer uastissimis tenebris fuerit obscuratus, id melacholicis ab intimo corpore erūpere uidetur, occupatē cerebrū, uel ipsa met atrabile, uel uapore aliquo melancholico, ut in mēbro, quē & inflāmantem, & hypochondriacum appellant, evenire uideamus. ut hinc solutio haberī possit, esse obscuritatē inducā, quæ timorē facit. Sed Auerrois hanc sententiā reprehendere nititur, nam in quarto sui uoluminis inscripti Colliget capite quadragesimo, dū species melācholiæ recēset, his uerbis utitur: & quando uritur melancholia, & fiunt accidētia cholerae in ipsa, tunc conuertitur homo ad ferinos mores, & omnes motus ipsius sunt prauii, & timorosi, & hæc impressio fit in anima propter cōplexionē obscuritatēs melancholiæ. Sed nigredo eius nō est causa huius, ut dicunt medici, quia color non est causa substātialis ad corrūpendas uirtutes animæ, sed hæc causa prouenit ab una specie malæ complexionis, sicut aliae ægritudines, & tu scis quia habitus animæ sequuntur cōplexionem corporeā in hæc cōiunctione. Et qui dicunt, quod anima terretur propter humorē melancholeū nigrū, sicut terretur homo in obscuro, dicūt uerba cantionū: quia aliqua læsio non aduenit animæ in obscuro, nisi priuatio sensati sensu uisibili, quia nō uider anima in corpore, ut posse dici, quod sentiat terrorē nigredinis. Et magis secundum est dicere ut uideat extra, quia anima non est extra, nec intus, sed est sciendū, quod de natura huius humoris melācholicis est, ut ipsum sequātur hæc accidentia, sicuti de natura sanguinis est, ut ipsum sequantur gaudium & lætitia. Et dicemus propter hoc, quod sanguis det lumen animæ & hæc res est manifesta illi qui aliquid de natura gustauit. Hæc Auerrois, ut secundum ipsum respondere oporteat, timorē & mœstiam malam qualitatem consequi, quod tam Galenus non it inficias, nec Auerrois ex his uerbis Galenū reprehendit, nam ipse per id exemplū de tenebris aliud inferre non intendit, q̄ ex mala tēperatura illius generis atros uapores fieri, qui spiritus inficiant, & tunc consequitur timor, non quia esse atrum sit huius causa, sed potius esse melancholicum. At quia melancholeū sunt,

funt atri, & in spiritibus cerebri talē atredinē faciunt, quae timorem inducit. Quod Galenus etiam in tertio De locis affectū libro testatur, inquiens, Mœstitia nimis ē eos inducit, ut odio prosequātur omnes quotquot uiderent, nunq; non tristitiam præ se ferentes, ac torrentur, ut in tenebris pueri atq; ex adultis indocti. Sanè quēadmodum extera tenebra omnibus ferē hominibus pauorē inducunt, nisi uel audaces admodum, uel edociti fuerint; sic atræ bilis color mentis sedē tenebris similē reddens, timorem efficit. etenim summis tū medicis, tum philosophis in confessō est, & humores, & omnino corporis temperaturā animæ actiones uariare posse, id quod nos quoq; unico cōmentario docuimus, quo demonstrātū est, quod animæ potētia corporis tēperaturam sequuntur. Ex his igitur luce clarius uidere potes, Galenū hoc tēperaturā attribuere, & non colori, ut color est; sed colori ab hac tēperatura dependenti. Oribasius idem sentit, inquiens, Timor enim fit quoties tincta fuerint cerebri particulæ, & ueluti in tenebris se non cognoscere natura, timores accidit. Non est aut opus credere, Oribasius uelle tincturam ipsam id efficere, sed est humoris qualitas, que atros fumos emittit. Et Aetius capite no no sexti libri idē testatur inquiens, uidemus enī etiā extrinsecus nihil æque ac tenebras formidabile, ergo ubi ueluti tenebrae quædā rationalē animæ partem detineat, necesse est hominē perpetuo terrore uexari, tanq; terroris causam intra corpus circūferentem, sicuti obscurissima nocte infantes formidant, & ex adultis imperiti, ita & atræ bilis color tenebris similis rationis sedem obūbrans formidinē efficit. Adde Philotheū hoc loco idē sensisse, cum inquit μελαγχολικός χυμός ὡς τῇ χροίᾳ οφθάλμου, μολώνει ἢ τῷ κεφαλῇ ψυχικῷ πνεύματι, ἀπιστειλῶς ἀναφρόμενον, καὶ ποιεῖ φθορήν, ποιεῖ θυελείαν, ποιεῖ ψύχην ἢ ἐμψυχηθεῖρον, ὡς δὲ παχὺς τῇ συστοσίᾳ, καὶ μακροχόνια ποιεῖ τὴν νοσήματα. idest, Melancholicus humor ut colore tenebrofus est, in capite sp̄iritum animalē inquinat, sursum in momē uaporis delatus, & timorē facit, animi ægritudines facit, ac mīlitū calorē refrigerat. Sicuti aut̄ constitutione est crassus, ita diuturnos morbos facit. Immo & Avicenna ipse in libro De uiribus cordis tractatu primo capite octauo idem cōfirmat, ubi inquit, causam tristitiae esse sanguinē crassum, turbidū, ex quo turbidus sp̄iritus generatur, legi debet ater, non turbidus, unde & color ab Avicēna ponitur, tanq; id quod tristitiam, & timorem facit, ut superius dixerat, hoc autē facit, non ut principale agens, sed à mala qualitate humoris id facientis dependens, qui humor uel per essentia in capite continetur, uel per cōmunitatē, quoniā uapores in caput ascendat, ut in hypochondriaca passione fieri constat, & in alijs partibus hos sp̄iritus ad cerebrum transmittentibus.

μελαγχολικός δὲ πιστός. idest, ex atra bile significatur.] uel tale melancholicum, quo niam hæc duo symptomata timor atq; mœstitia diu perdurare nō possunt, nisi sit intra seca atra bilis, uel per essentiam in capite, uel illi cōmunicetur ex alia parte transmissa. Melancholiā uero hæc significant (ut Philotheus inquit) quoniā κανταύθη προλέγει τῇ τέχνῃ, ὅπι μελαγχολικόγενον τὸ θεραπεύλοντος, οὐδὲ τὸ φρεδωνόν ἢ αὐτῶν τῷ μελαγχολικῷ χυμῷ. idest, Et hinc ars prædictit quod affecto cerebro melancholicus fieri, quoniā melanholicus humor in ipsum fertur, tamen hoc ex puris enī uaporibus esse posset, qui ascendentis cerebrū inficiunt. Si uero dicas, si illum sensum sequamur, quod melanholicus humor ex longo timore fiat, & longa mœstitia, quomodo ex his fieri? Respondemus, ita fieri, ut in prædictato Avicennæ libello edocemur, quoniā ex his spiritus turbantur, & intus clauduntur, & uarijs motibus commouentur, adeo ut tenuiores partes resolvantur, & crassiores ac terreæ permaneant. Hæ uero male afficiuntur, & sanguis paulatim incrassari incipit, & fieri atrabilarius. itaq; per aliquod temporis spatium hi ex timore & mœstitia melanholici efficiuntur.

GALenus

SI QVIS non ex causa manifesta metuat, aut mœstus sit, sunt atræ bilis casus manū festi, etiam si nondum tempus acceperint. Sed si propter causam manifestā incipient, deinde inueterascant, non te lateant insaniā significare. Nam & plures uisi sunt furore correpti qui ab excandescētia, uel ira, uel mœstia principiū habuere, ipso scilicet corpore tempore illo prompte se habente ad incidentum in tales passiones.

Brafaulius

APHORISMVS XXIII

955

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, Si quis metuat, & manifesta causa nō adsit: uel sit mœstus, & sua mœstitia causam non habeat, hæc sunt atre bilis manifesta symptomata, modo diu perdurent, nam si brevia essent, atram quidem bilem significant, sed hic atrabilari us nuncupandus non est, quia solam dispositionem haberent, & non habitum.

Quod legitur, etiam si nondum tempus acceperint, græce est $\tau\alpha\mu\alpha\lambda\omega\eta\epsilon\tau\alpha\chi\eta\kappa\chi\theta\sigma$ ιδεται, & magis si diuturna f. Ita sint, & hic sensus uerus est, ille uero, qui à Leonino dicitur, est fallus, etiam si nondum tempus acceperint. Noster antiquus contextus prius ita legebat καὶ μὴ δέ πω τάχη κεργονότα, sed obelo à uiro quodā docto confossum est, & legit ut superiorius adduximus, & ita habet contextus Aldinus.

SECUNDUO Galenus docet, si ob manifestam causam, & extrinsecam timor, & mœstitia fiant, quando inueterascunt, in infaniam ducunt. Visi etenim sunt plures furore correpti, qui ab excandescencia uel ira, uel mœstitia initium habuere; tunc enim corpus aptum est, ut in has passiones facile incidere possit.

Quod legitur, deinde inueterascant, græce est καπετακονισαντα, idest, & postea inueterata uel uetuscentia.

APHORISMVS XXIV

SI quod intestinorum gracilium discindatur, non coalescit.

BRASAVOLVS

SUPERIUS Aphorismo decimonono dictum est, neriosas partes, & seminales, ob earum siccitatem non coalescere, quando uiri adulti fuerint. secus est in pueris. Intestina & ipsa partes sunt seminales, & nerveæ, & præsertim tenuia, quæ modicum habent crassitatem, propterea si discindantur, idest, effatu digna abscisio aperiantur, non coalescent, & hoc nec per uitam primæ, nec per uitam secundæ intentionis.

Eντροπῶν ἡ φροντὶς λεπτῶν, idest, Si quod intestinorum graciliū discindatur.] Sunt vero horum intestinorum discissiones, inter lethalia uulnera à Celso numeratae.

Ἐξυμφύεται, idest, Non coalescit.] Et hoc ut diximus, quia abscisæ partes nos coniunguntur, nec uulneris ora, aut per uitam primæ uel secundæ intentionis coeunt.

GALENV

HOC & in aphorismo paulo antea dicto monstrauit, cuius initium, Vesica discindit, uel cerebro. Nescio igitur quo pacto, nunc frustra fuerit adscriptus. Hoc autem ipsum profecto uidimus & in pluribus alijs aphorismis, quos melius fuerit eximere.

BRASAVOLVS

GALENV hunc Aphorismū hic frustra positum dicit, cum in decimonono huius libri Aphorismo scriptus sit. Idē in pluribus aphorismis contingit, qui bis & ter scripti sunt, quos eximere melius esse dicit. propterea huius aphorismi causa nunc dicenda non est. Sed (ut Philotheus etiam dicit) ἀπίστα εἴη ταῦτα γέλωντας αὐτοῖς αφοεισμένων, οὐλων φροντὶν ὄστεον. idest, causa dicta est in superiori aphorismo dicente, Si os discissum fuerit.

APHORISMVS XXV

Erysipelas ab exterioribus uerti ad interiora non est bonum, ab interioribus autem ad exteriora bonum.

BRASAVOLVS

HIPPOCRATES plerisque Aphorismos non nullos describit, qui sunt ueluti universalia theoremeta ad omnia illa quæ in eo genere continentur, sicuti præsens aphorismus

rismus est quia Galeno ex his iudicatur, qui tanquam exemplum sermonum uniuersalium positus sit. nam quod in erysipelate dicit, hoc simpliciter in omni morbo intelligere oportet; si erysipelas, quod in cute est, ad intimas & principales partes conuertatur, bonum non est, nam materia qua praeferatur natura est, de ignobiliori loco ad nobiliorum conuertitur. At si in intrinsecis partibus sit, & ad extrinsecas transmutetur, bonum est, nepe maligne materie a loco nobili ad locum ignobile transmutatio fit. hocque, quod in erysipelate ab Hippocrate dicitur, tanquam uniuersale quoddam theorema ad omnes passiones illas referatur, quae de locis nobilioribus ad ignobiliores, & de ignobilioribus ad nobiliores transmutantur. Philotheo etiam hic dicente, ερυσιπελας μόνον, καὶ οὐ πᾶν ὁ πῦρ ἀλλο ἀπέστρεψε τὸ φύω τρέπειν, ἀγαθόν, ὅτι εἰς ἄνηρα μόνον οὐ μετάσεσις γίνεται, οὐ δὲ ἀκρών εἰς νύεια μεταλλεύεται, οὐδὲν, idest, Non solum Erysipelas, sed omne aliud, quod ab intus ad extra uertitur bonum, quoniam mutatio ad ignobiles partes fit, malum uero, quia ab ignobilibus partibus ad principales materia transmutatur, uel transfertur.

Ερυσιπελας τε φύων μὲν οὐ πρέπει, οὐδὲν ἀγαθόν, idest, Ignis sacer ab exterioribus ad interiora uerti non est bonum.] Per interiora, principales partes intrinsecas intellige, quas Galenus in principio libelli De locis affectis locos vocavit: quoniam omnino fieri posset conuersio erysipelatis ab exterioribus ad interiores partes, & tamē bonum esset, si transmutation fieret a cute ad uenas, per quas materia deinde exire deberet, quod fit, quando quiescerebilem Erysipelatis ut medicamenti euacuare intendit, nempe opus est medicamentum materia illam quae est circa cutem ad extrinsecas uenas trahere, que deinde illam ad intestina uehūt, ut corpus exeat. & ideo per intrinsecas partes cor, iecur, & cerebrum intellige, per exteriora cutē, unde & ab Oribasio dicitur malum esse, quia aliquando ad uitalia cōcurrat. De erysipelate alias differimus, a pura bile quādōq; fieri ostendentes, & tunc exulcerare: quādōq; a bile sanguini mixta, & tūc non exulcerat, uel parū quid exulcerat.

Ερυσιπελας τε φύω, ἀγαθόν, idest, Ab interiori autem ad exteriora bonum.] Quia ut Oribasius dicit, natura ad superficiem superfluum humorem educit, & quia haec partes ignobiles sunt, nec magnum incommodum, uel uitę discriminē ferre possunt.

G A L E N S

NO n solī Erysipelas, sed aliud quodcumque, quod ex profundis, & principalioribus partibus transfertur ad cutē, bonum esse signū ac causam debemus existimare. Si uero cōtra ad anteriora, & profunda transmutetur, malum. Sed & alia multa uidetur dixisse Hippoc. quædam ueluti exempla sermonū uniuersalium, a quibus eius quod solet eueniēre, experientia possumus habere manifestorem. Talia & enim exempla oportet esse.

B R A S A V O L V S

PRIMO Galenus docet, hunc aphorismū uniuersaliter intelligendum esse, & non in solo erysipelate: omnia quae ex profundis, & principalioribus partibus ad cutē transfruntur, esse bonum signum, & bonam causam: e contra uero, malum.

SECONDО docet, Hippocratem posuisse quædam similia particularia, uelut exempla particularium sermonum, per quae nos possumus manifestā experientiam habere earum rerum, que eueniēre solent. exempla uero talia esse oportet, qualia illa quae in hoc aphorismo, & in sequenti habentur.

A P H O R I S M V S XXVI

QVi in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio soluuntur.

B R A S A V O L V S

FEBRIS ardentes ex bile fiunt, que uenas compleat. Ideo absq; frigore, rigore, & tremore cōtingunt. At si quādōq; acciderit materia extra uenas supra musculos transmitti, que acuta sit & pungitiva, uis nocumentū persentiēs, quod haec materia illi infert, membra quodāmodo cōcutit, ut expellat, & hic est tremor, qui per nerueas partes fit, At si haec materia adhuc attenuet, & in uapores trāseat, hi perut caput, & deliria faciūt, sed tamē tremores cessant, quia materia in auras tenues resoluīt. ppterēa quib. in febribus ardentibus tremores fiunt, si deliria sequātur, tremores soluuntur, & febris, ut hic sit ordo: tremor ardente febre soluit, & delirii tremore, & febre. Oribasius uero dicit, nā tremor

tremor accedit, quia materies sensibilia loca contingit, quae aliquando ad superficiē eua poratur. Ipſa quoq; materia, aut eius qualitas ad cerebrū ascēdit, & deliriū facit, & soluit tremorē delirium. Quicquid tamen sensibile fuerit, minus sentit. Philoth. uero, ut Apho rismū interpretetur, hoc præludio utitur, τρέσ ἀρχὰ εἰσὶ γάλα σῶματι, εγκεφαλῷ, παρ θητῇ, καὶ κνειάτικῳ μὲν ἐγκεφαλῷ, κνειάτικῷ δὲ οὐδείᾳ, κνειοῦ δὲ τὸ πέπλον. οὐ εἰ μὲν ἐγκεφαλῷ τὸ νόσος, εἰ καρδιᾷς δὲ αἴτιοι, οὐ δημητρῷ δὲ φλεβῖσθ. οὐ τὸ μὲν νόσος γάλα τὸ δέλτα τὸ τρέψιν. τρέσ δὲ φλεβαῖς ἀπολαῖς, οὐς ἄτημα, τρέσ αἵτημας δὲ μελαῖς. τὸ τρέψιν εἶναι λύσιν τῶν κανονοῦ τρομοι θύμουνται, θύμοποι λύνει τὸν κανοναντα. τὸ πιστόν ταῦν πυρὸν αἴτια, οὐ τοῖς νόσοις μὲν δινοῦ οὐδὲν οἱ τρομοι, καὶ οὐ θύμοποι, τοτέσιν οὐ θύμοφοστῶν θύμοις, συμπάχει, ταῖς λύνει τὸν κανονά, οὐδὲ τὸ τὸ κνειάτικα μέσοια διέχειν τὸν ψυχικόν. idest. Tria sunt in corpore principia, cerebrum, cor, iecur: & principalissimum quidem cere brū, magis principale uero cor, principale aut̄ iecur: & ex cerebro quidem nerui, ex cor de arteriā, ex iecore uenę: ob id natura neruosi in profundo ordinavit, tanquam pretiosos, uenas aut̄ in superficie, tanquam ignobiles, arterias uero medias. his ita se habentibus, si in ardente febre tremores fiant, deliriū soluit ardente febrē. Causę enim febrem facien tes in neruosi quidem sunt, ex quibus tremores, & deliriū, idest desipientia principij mutuum habet affectum, ueruntamen soluit, in morbo aut̄, scilicet est talis solutio, quoniam principes partes, puta cerebrum, materiam suscipiunt.

[οὐθέπην ἀνὴν τοῖον κανονιστρόμαι γίνονται. idest, Quibusq; in febris ardentibus tre mores fiunt.] Tremores ardentes febres finire solent, quia ipsæ ex materia in uenis factæ sunt, sed cum tremores contingent, materia extra uenas cōuertitur. Quid sint apud grecos τρόμοι alias à nobis dictum est, & que sit ardens febris, tremores uero ardente febrem soluent, modo sexto die non contingent.

[θύμοποι λύει, idest, Delirio soluentur, scilicet & ardentes febres, & tremores, tamen hoc intelligere nō possum, nisi per deliriū, paruum delirium intelligat. nam si ingēs deliriū esset, hæc nō soluerētur, & hoc per uocabū θύμοποι ostenditur, quod diminutionem significare uidetur, & paruam dementiam, potiusquam intensam, & exquisitam.

G A L E N S

SIVE Hippocrates tales sermones scripsit, quædam ueluti exempla magis generalium, atq; uniuersalium sermonum, sive alijs interposuerint, alijs perquirendū relinquentes, illud tantum in ipsis obseruabimus, quod & antea dictum, & nunc in febre ardente docetur. Quæ enim hanc febrem efficiunt causæ in uenoso genere existentes, quando ad neruosi transferuntur, primū tremores faciūt, cōpatiente uero principio, etiā deliria. Sicuti igitur in febre ardente translatio, sic & in omni alia febre potest fieri, & omnino ex arterijs, & uenis ad neruosi transfluxus humorum noxiōrum, sicuti rufus ex neruosi ad has. Impropræ igitur dictum est febrem ardente à tremore solui. Hæc enim arbitratur quibusdā superuenientia eorum soluere consistentiā, quæcūq; omnino hominem liberant, non quæ alteram generant passionē, quæ nihilo minus sit prima periculosa.

B R A S A V O L V S.

PRIMO Galenus docet, uel fuerit Hippocrates, qui his particularibus sermonibus usus sit, quæ sunt uniuersalium sermonū exempla, uel alijs interpretes hos sermones interaphorismos Hippocratis apposuerint, alijs perquirendum relinquit, hoc solū in ipsis obseruans quod in præcedente aphorismo dictum est, et nunc in ardente febre dicetur.

SECUNDΟ dicit, in uenis materia contineri, quæ febrē ardente facit: quæ si ad neruosi trāmittatur, primo tremores facit. Si adeo extendatur, ut per partē post partē, principium neruorū offendatur, deliriū etiā fiunt. Quod igitur in febre ardente dicitur, idē in omni alia febre intelligi potest: quia materia febrē faciens, à uenis & arterijs ad neruosi trāmitti potest, & tremores facere, & à neruosi ad eorum principium, & deliria inferre.

TERTIΟ docet, Impropræ dici febrem ardente à tremore solui, quia Hippocrates de his dicere consuevit, quæ penitus auferuntur, solui, quando homo liberatur, & nihil aliud relinquitur, & hæc sunt superuenientia quæ hominem liberum non relinquunt.

Quod legitur, hæc enim arbitratur quibusdā superuenientia, Illa particula, arbitratur, legi debet, nominare consuevit Hippocrates. nam græce est τοῦτο γαρ ὄνομα τοῦτο εἰσθετικότερος ἀπογεννωνται.

Aphori-

Q Vicinę suppurati, aut aquam intercutem patientes uruntur, aut secantur, si pus, aut aqua uniuersim effluxerit, omnes moriuntur.

BRASAVOLVS

NOSTRIS temporibus ariam intercutē patientes secantur, sed non uruntur. Nihil uero est, qui uel uiderit, uel audierit suppuratum aliquem esse ustum, & nos primi suimus, qui post tot annorum intermissionem suppuratū ussimus, & contulauit. Qui uero suppurati sunt, uel aquam intercutē patientes, si urantur, uel secantur, & uel pus, uel aqua uniuersa effluxerint, omnes moriuntur. quia natura repentina has evacuationes ferre non posset, nam ingens spiritus copia resoluitur. Mulierē quandam uidimus cum adhuc esse mus adolescentes, aquam intercutem patientem, & quæ magnam aquæ copiam gestabat, huic suis blandis & uanis promissionibus circumforaneus quidā ardolio suaserat, quod sanaretur, si incisionē pati posset. hæc aequaliculi pondus ferre nō potens, secari elegit, & hic met circumforaneus hoc onus incidenti suscepit. Aderam ego & nōnulli alij probi scholastici, hic insolentissimus uir nulla præparatione facta mulierem aperuit, & totam aquam eduxit. immo mihi admoneti ne semel totam aquam auferret, respondebat, tu nihil scis, adhuc tua labia sapient lac, tu mox uidebis ipsam sanam. Quod per oppositum evenit, nam cum primum tota aqua exiuit, statim & anima simul cū aqua euolauit. At circumforaneus hic mulierē mortuā uident, sumpto pallio clanculum aufugit. Eodem anno, immo & eodem mēse, quendam pauperculū uidimus, qui amplissimū præter naturam tumorē supra humeros gestabat; erat aut̄ ulcus cauū, & omnia ulceris labra, & latera lapidea effecta erant, nempe tartari frusta uidebantur, quæ eximerentur. Chirurgici Natam uocabant, qui illam extrahere tentarunt. Sextarium uero nostrate magnitudine æquabat. hic pauperculus nullo alio incommodo afficiebatur, quam labore gerendi id pondus. At chirurgici illi cum sanitatem spopondissent, & semel uniuersum pus extraxiissent, illico ī pauperculū morbo & anima orbatus est. Interim hi chirurgici iubebant nōnihil in huius pauperculi os imponi, ut reficeretur, at ille obierat. Si tunc eo officio functus esset, quo nunc fungor, nunquam hi tam publici atq; domestici carnifices impunes eualebant. nam & prædicta mulier, & hic pauperculus, horum factorū medicorū ignavia perire. Ad rem igitur redeutes, Philoth. dicit ὅτι οὐδὲ τοις ἀλλοῖς, Καρπογύροις ἀρμόδιοι. idest, hic sermo curatiuus est & chirurgicis cōgruus.

Οἰκονομοὶ εἰπονοι. idest, Quicunq; suppurati.] Suppurati (ut hic etiā Galenus docet) ab antiquis dicuntur, quicunq; inter thoracem & pulmonem pus cōtentum habent, unde & Philotheus dicit ἔπειτα οἱ θεραπεύοντες τὸν πόνον εἰς τὰ κυά τῳ θεραπεύοντι. idest, suppurati sunt, qui multum pus in thoracis cauitatibus habent: quod pus potest uel ab abscessu in pectore manare, uel in canna, ut in angina, uel in capite, & ad illas partes materia descendat, uel ibi sit collecta materia, quæ deinde putruerit.

Η νέφωση. idest, Uel aquam intercutem patientes.] Et de his propriè sermo fit, qui aquam intercutem, idest, ascitem habent. nam hi (ut Galenus dicit) aquā habent inter peritoneum, & intestina contentam. Idem sentit Philotheus inquit η νέφωση δὲ οἵτινες χειρῶν ὑγρὸν ἢ μέσω πορών τούτων, οὐδὲ φτερῷ. idest, Hydropici uero illi sunt qui humorēm inter peritonaeū & intestina habent.

Κάονται. idest, Vruntur.] De eorū uistione qui aquam intercutē patientur, per pauca ab antiquis dicta inueniri possunt. Quomodo aut̄ fieri oporteat, à recētibus nō obseruat, tamē apud Hippocrate ustio inuenitur. nā duobus tenuissimis ferramentis ignitis partē cutis superiorē urebat circa umbilicū ac si essent duas linea, & harū una in umbili cum trāsibat. uerba eius hæc sunt in libro De locis in homine nō longe à fine: medica mēta quibus aqua ea purget, & educatur, propinato, pituitosissimā porrigito. Si uero ne sic quidem leuetur, tenuissimis ferramentis quam maximè superiore cutis parte duas līneis urito circa umbilicū, quarū una in umbilicū tendat, quotidieq; quantū uideatur, educito. hoc quidem periculoſissimū est, sed in ijs etiā cum periculo tentandum est. nam si

nam si nancisceris sanabis: si minus (quod plerūq; uenit) diu hoc patietur. hunc solum locū de hydropū ustione inuenire potuimus, sed de suppuratorum ustione, & antiquiores grēci, & latini pertractarunt. Galenus hic Hippocratis librū citat de suppuratis, tamen ita urendi non sunt, ut ferrū candens in pectora penetret, sed Celsus modum docet uigilimose cūdō tertij librī inquiēs: si uehemētior noxa est, ac neq; febricula, neq; tussis quieticit, tenuariq; corpus appetet, ualidioribus auxilijs opus est. exulcerandus est ferro carenti, uno loco sub mento, altero in gutture, duobus ad mammā utrang, Item sub imis ossibus scapularum, quē ὁμοπλατεῖα grēci uocāt, sic, ne sanescere ulcera sinamus, nisi tussi finita. Nos antiquū quēdam librū habemus adilon & sine nomine, in quo tota hēc cura est, & per figurā etiā picta, & loca quācūd uiri debent, sunt egregie designata. Paulus & ipse libro sexto capite quadragesimoquarto loca notat, quibus adustio fieri oporteat. *τέμνοντων.* idest, Vel secāt.] De suppuratorū sectione per pauca ab antiquis scripta inuenimus. Paulus Aegineta de illa agit li. sexto ca. quadragesimoquarto inquiēs: sunt qui scalpellū quoq; adhibere audeāt: inter quīntā & sextā costam trānsuersa linea paulū tamē obliqua cutē incidunt, deinde aculeato cultello costas subcingēte mēbrana per forata pus excernunt, uerū & isti, & qui usq; ad pus adurūt, uel protinus mortē inferunt, cū una cū pure uitalis etiā spiritus uniuersus exinaniantur, uel fistulas insanabiles induunt. Hēc Paulus. De hydropicorū uero sectione multa inueniuntur, sed cū tres sunt hydropis species, Ascites, Tympania, & Anasarca, Ascītē & Anasarcā per incisionē sed diversam curabant. nā ut Paulus dicit in fine capitū quadragesimoctauī tertij librī, qui ascīte oppresſi tenētur, nīli alijs iuuētur, in θυγατρίσιν, idest, punctionē uel pertusione ueniendū, idest, uentre usq; aquam perforandū. abdomen enim trahendum, & ita faciendum foramen, ut id quod est in peritonæo, ab abdominis foramine tegatur, quando pellis non est ante ipsum deducta, itaq; extrahitur aqua. hunc extractionis modum diligenter ponit Paulus libro sexto capite quinquagesimo, ubi & situm edocet, & locum perforandum, & instrumentum, & normā educendi aquam expulsi. Hippocrates in libro De morbis qui extra, quem Galenus Polybī esse iudicat, inquit (de hydro, idest, aqua intercutē agens) καὶ ἡ μὲν ἐν τῷ θύγατρι φαρμακαὶ, καὶ ἡ ἀλλοὶ διάτοις φελεύσται, καὶ ἡ γαστρὸς λεπτοστεραι τοῦ τοῦ παχύτηρος, τοῦ στενότητος, τοῦ τοῦ οὐφαλού, τοῦ πλευρῶν τοῦ λαγύνας. οὐ φύγει δὲ καὶ γύνειον ὀλίγοι. idest, Et si medicamentis & ueniū iuuetur, & ipsius ueter mollescat, satis est. Si autē nō, incidēs aquā auferre facito. Inciditur uel iuxta umbilicū, uel in parte posteriori iuxta ilia. hinc uero pauci euadūt. Celsus cap. uigesimaliō tertij librī dicit Erisistrato hanc curandi uitam displicuisse. morbum enim hunc iocineris putauit, ideoq; ita nullum esse sanandum, frustratiq; aquā emititi, quia uitato illo subinde nascatur. hic est modus in ascīte, scilicet per θυγατρίσιν, idest punctionē, sed in hydropē subter cutē, uel anasarca alio secūdo modo utebatur, de quo Aetius capite trigesimo libri decimi agit inquiens: secundum Asclepiadē fissuras circa internum talūm infligere oportere, in loco quatuor digitorū supra talūm eminentē, ea profunditate qua quis in uenae sectiōe utatur. Tamē Leonidā refert, qui etiā alias partes findit, ut scrotū tumefactū, femora, pudenda, locos supra manū iuncturas. Et Hippoc. nō iubet fieri sectionē supra talos, sed iuxta scrotū, & femora tuihusecula, eaq; sale maxi mē cōfīcīre iubet. Hēc Aetius. At nos apud Hippocrate in lib. De locis in homine, legimus, puerorū aut aquā subter cutē sic curato, turgentia, plenaq; aquā quolibet corporis parte scalpro secato, crebroq; non multam aquā educito fouetoq; & semper quodaveris, calido medicamento linito. Tamen si quis sit, qui & instrumēta, & differant modos copiosius scire cupiat, Arabes legat, nam & instrumenta picta ostendunt. Hi uero sunt Albuchasis, Haliabas & partim Auicenna.

Ἐγένετο δὲ πόνος, καὶ οὐδὲτες ἀθροιστικοὶ. οὐδὲ πάντες ἀπολλαγῆσθαι. οἱ δὲ πόνοι πάντας αἴτιοι εἰσὶν. Si totū pus, uel tota aqua effluxerit, omnes moriūt.] Galen. ustione suppurationi attribuere uidetur, & sectionē ascīti, tamen hoc cōmune habent. Si tota exeant uel pus, uel aqua, moriūt. hocq; cōmune etiā est in alijs similibus passiōib; in quib; natura repentina mutatiōes ferrenō potest, quoniā magna pars spiritū simul resoluīt, & (ut Oribas. dicit) cū inutilibus simul utilia exeunt. Philoth. uero huius rei causam assignat, quoniā δὲ ἀθροιστικοὶ πάντες αἱ σφαλέραι ἦσαν πατακλήσται τῇ διώσμῃ, οὐδὲ τὸ τῆς ἀθροιστικοῦ πάντας τὸ ζωὴν τὸν Κυρικὸν πνεῦμα δὲ ἔντελον.

ο θάνατος ἐπειτα. οὐδὲ δέ τοι τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τὸν αἰθρίων θάνατον αὐτοὺς. id est, universales & subite mutationes periculose, tanquam dissoluentes uim, uel ob hoc quod ex uniuersali & subita euacuatione, spiritus uitalis & animalis euacuantur, ex quibus mors sequitur: ob hoc igitur ipsum, uniuersaliter & subito facere non oportet, sed secundum proportionem uirium, aquam etenim & pus paulatim educere oportet. Tamen & si antiqui (ut ex Celsu uisum est) in suppurationis, prædictis locis ustionem facere uideantur, nos in suppurrato inter tertiam & quartam costâ fieri iussimus, & eas ualit, potuisse etiam fieri inter quartam & quintam. At ad has operationes descendere non oportet, nisi omnibus alijs quæ fieri possunt, perfectis, adeo ut is qui curatur, in summa sit desperatione. Aliqui sunt, qui cauterio in eo loco facto incident.

G A L E N V S

SVPPVRATOS præcipue consueuit nominare qui pus habent in spacio, inter thoracem, atq; pulmonem, quos quomodo urere oporteat dicit in libro de passionibus, cuius initium, Pulmonis arteria. Quidam uero hunc librum inscribunt de suppurationis. Ustione igitur indigent qui plurimum habent pus, adeo ut desperent per sputiones posse expurgari. Hos uero ipsos & difficultas anhelitus maximè infestat ex loci angustia, quæ etiam nos cogit ut eos uramus. In his autem qui aquam intercutem patiuntur, illa quæ à græcis θάραγτος, id est, punctiones nominantur, sunt magis in usu medicorum. Verum hoc utiq; commune est ustioni, ac punctioni, quod in utraq; Hippocrates consult caueri uniuersam euacuationem, sic enim uidetur contingere uti ait. Dicatum est & ab Erasistrato exquisitius, ac plenius de his qui aqua intercutem laborant, ac si ipse dicat, se compertum habuisse experientia, uniuersam euacuationem febres, ac mortem afftere. uidemus & in alijs partibus æque atq; in thorace quando aliquis magnus tumor suppurratur, periculosa esse uniuersam euacuationem, cum è uestigio deficit anima, & vires debilitentur, & postea debilitas ista remedium non habeat; uidetur in his propter magnam distantiam corporum, & puris acritudinem ora quorundam uasorum arteriosorum esse adaperta, quæ prius ueluti quoddam embrisma pus continebant, quo uniuersim euacuato, multi spiritus una cù eo exēunt, atq; excernuntur. Vnde pericitantur. In aqua uero intercutem non modo ob hanc causam, ea laborantes offenduntur, sed & duricies uiseeris, ut quod non substantur ab aquosa substantia, & septum transuersum deorsum trahit, & uiscera quæ sunt in thorace.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, quid propriæ apud antiquos significet hoc nomen θυμος, id est Suppuratio; eos enim significat, qui inter thoracem & pulmonem inimo pectori, uel in utrīsq; pus contentum habent. At quomodo urantur, ipse in magno libro docuit qui incipit, pulmonis arteria, in quo de his agit, & quem librum nonnulli inscribunt de suppurationis, apud nos non extat hic liber.

Quod legitur, In libro de passionibus, legi debet in libro magno de passionibus, græce enim habetur ψευδομεγαλωπολιτικη.

S E C U N D O illos docet, qui urū debeant. hi enim sunt, qui plurimū puris in pectore habēt, adeo ut per sputa expurgari posse desperent. hi uero magnā puris copiā habere cognoscuntur, quia magnam anhelitus difficultatem habent ex loci angustia, & quæ difficiuntur, ut eos uramus, nos cogit.

T E R T I O docet, In aqua intercute, ustionem in frequenti usu non esse, sed potius punctionem & aperitionem illam, quæ a græcis θάραγτος dicitur.

Q U A R T O docet, tam ustioni quā punctioni hoc esse commune, quod in utraq; Hippocrates consult uniuersam euacuationem uitandam.

Q U I N T O docet, Erasistratum de his qui aqua intercute laborant, compertum habuisse, uniuersam aquā euacuationem febres ac mortem afftere.

Illa particula, ac si ipse dicat, In græco contextu uacat.

S E X T O docet, non solum in thorace, sed in omni etiam alia parte, quando aliquis magnus tumor suppurratur, esse periculosa uniuersam euacuationem. nam statim anima deficit, & vires imbecilles redduntur, hæcque imbecillitas deinde remedium non habet, quo refici possit.

Septimo

SEPTIMO infert, in his ob magnam corporum amplitudinem, & ob puris acritudinem ora quarundam arteriarum aperiri, quae prius tanquam operculum quoddam pus continebant. hoc autem uniuerso pure euacuato multi spiritus exeunt, & excurrentur, & ideo illi periclitantur.

Quod legitur, uidetur in his, legi debet, uidetur igitur in his. græce enim est τοικε δν
τω μλε πνιστωμ.

Quod etiam legitur, Veluti quoddam embrisma, in Aldino contextu legitur οἴογεπί^η
πνιστωμ, idest ueluti quoddam operculum, sed in nostro antiquo contextu Aldina lec-
tio in margine scripta est, in contextus uero serie legitur, πνιστωμ. lectionem
primam magis laudo, non desunt tamen contextus, qui legunt εμερουμ, ut Leonice-
nus habuit.

Quod etiam legitur, Vnde periclitantur, græce est ναγκης ιστης η βλαβη γινεται τοις νε-
υροις, idest, & ob hoc laesio fit ægrotantibus.

Deniq docet, quod in aqua intercute, non solum ob prædicta laborantes offenduntur,
sed & durities uisceris, & quod ab aquosa substantia non substentatur, & septum
transuersum deorsum ducitur, & uiscera quæ in thorace sunt.

Quod legitur, Ea laborantes offenduntur, illa particula Ea uacat, & quod legitur de-
orsum trahit, græce est ναρκωμ, idest detrahit, uel diuellit.

E Vnuchi neq; podagra laborant, neq; calui fiunt.

BRASAVOLVS

EXPERIENTIA constat hunc aphorismum simpliciter uerum non esse, nam nō
stro hoc tempore eunuchi sunt, qui ob herniam ita effecti, podagram incidunt, & calui
fiunt, tamen nos eunuchos nō habemus à pueritia statim factos, nam eunuchi antiqui
tus illi erant (ut Oribasius inquit) qui palatia custodiebant, & cōstituta cibaria habebāt.
uirq exercitis testibus, naturę muliebris efficit, & ideo tā ex ciborū abstinentia, q̄ ex tem-
perie, quā natura eunuchorū habet, neq; podagra laborat, neq; calui fiunt. nā podagra,
& caluicies ex intēperatura cōtingunt: fed Oribasij tēpore secus erat, quia eunuchi arti-
cularijs morbis afficiebant, quod non absimile est podagra, nam in otio & delicijs uitie-
bant, & labore nō exercebant, & incōposite uiuebant, ac nutriebāt humorē crassum,
qui ad articulos decurrent, articulare morbi pariebat. haec Oribasius. Seruabant uero
palatia, unde nomen habent ab αὐτή cubile, & ιχω habeo, ne si iungerentur principium
& nobilitū uxoribus, eas implere possent. Non enim credendum est, quod ad palatia, ar-
mis tuenda ponerentur, quoniā sc̄emineq; sunt naturæ, & (ut Hippocrates in lib. De se-
minis genitalis natura, quē Galenus Polybi esse dicit) imbecilles ideo erant pro mulie-
rum custodia, ut domos ornarent, mundarent, & mulieribus inservirent. quē morbi ad-
huc seruat Galli ut mulieribus uiri inserviant, sed eunuchi non sunt, quoniā nostra ca-
tholica fides id fieri uetat, præterquā mente & spiritu. In nostro antiquo cōtextu in prin-
cipio huius aphorismi adest hæc inscriptio πνιστωμ. idest de podagra, de qua & in
hoc aphorismo, & in duabus consequentibus agitur.

Euv̄.x. idest, Eunuchi.] De castrandi modis, & Paulus, & Aetius longius differūt,
quām à nobis referri conueniat, & Hippocrates in lib. De seminis genitalis natura, de
eadem re agit. At in duplice sunt differentia, quoniā aliqui à pueritia castrabantur, ut
in perpetuo mulierū seruitio detinerentur: alij ob enterocele castrantur. De primis ser-
mo Hippocrati est, nam illi sunt propriæ eunuchi, Secundi uero ob egreditudinē potius fi-
unt, sed omnes eunuchi sc̄eminei & imbecilles efficiuntur, & frigidū in uniuerso corpo-
re. Nā cor, iecur, & cerebrū, quæ sunt tres nostri corporis præcipue partes, ad testes fū-
os spiritus quos habent transmittere debent, & in copia non spēnenda. Cerebrū enim
spiritus animalis copiam transmittit. Cor spiritus uitalis, iecur spiritus animalis. Testes
uero aptitudinem habent retinendī hos spiritus (nisi per coitum illos emiserint) unde
alescant ex his spiritibus testes, & totū corpus uicissim recalefaciūt. At si testes absint,
MM spiritus

spiritus non retinentur, sed euaneant illuc transmissi, nec calor per totum corpus reficitur, propterea frigidiores efficiuntur, & humiditates minus resoluere possunt, quam prius. Ideo frigidiores & humidiiores sunt, & albi, ac effeminati, & crura crassiora & tumidiora habent, & ampliores nates, quam sapte natura haberent, ob humidas materas, qua ad partes infernas facile descendunt.

τὸν διαγένεσιν. idest, Neq; podagra laborant.] Vnde & Celsus libro quarto capite uis gelsemoquarto dicit, raro castratos corripere podagram: nam podagra sit uel ex pedum imbecillitate, uel uitio inordinato, & coitu nimio. Eunuchi non utebantur uitio inordinato (immo & nulli homines tempore Hippocratis,) nec uenere utebantur, quia uasa non habebant, per quae semen transfire possit, ut Hippocrates in libro De seminis natura docet. Raro est quod podagra fiat, immo rarissimum ex pedum imbecillitate, nisi humoribus ex luxu generatis concurrentibus. Antiqui uero luxum non exercebant, sed bene coitū, propterea Hippocrates coitus solum meminit, & nō luxus. tamē postea (ut Galenus inquit) inordinatio uitio uti cooperunt, incidere podagrā. Vidimus nuper Venetijs eunuchum quadraginta sere annorum natum Turcam, sine barba, effemina-
tum, timidum, & qui articulorum dolores patiebatur. hic ob uitum passum copiosissime epotum hæc discrimina inciderat, & simul ebrietatem nempe in sua patria uitum non bibunt, ita Mahumeto instituente, sed in aliena patria clandestine tamen, ingurgitant. Agitatio illa magna, quae in coitu fit, debilitat neruos, & articulos, quod eunuchis ob hanc causam contingere non potest, quibus & si uirile membrum quandoq; erigatur, & spiritum quandam, atq; aquosam materiam emittant, tamen non est sanguis, nec agitatio fit in principalibus membris, deficientsbus testiculis, qui sunt tanquam folles omnia membra commouentes. immo & eunuchi rarissime in coitum excitantur, tamen excitarī possunt. Illustrissimus dux noster tubicinem habet spadonem, qui mira de coitu proficitur. nos parum credimus ex his qua uir ille dicit. Philotheus inquit, quod podagrici non sunt οὐ τὸ μὴ γυναικεῖον ἀλλὰ τὸ τοῖς πρασμάρχοις ὑπὲρ, καὶ κίνησις, διὰ τὸ εὐθεῖον πανίστρωτον φύσις, καὶ τὸ διώκειν τὸν ὑπὲρ, ἀλλὰ τὸ καθηγεῖσθαι μεταξύ τούτους τοῦτον τὸν γένος, οὐ τὸ μὴ κεχενδρεῖον τὸ τῆς ἀρρενοτοίσι. idest, Quoniam in ipsis materiæ agitatio non fit, & motus, per quem consuevit insurgere natura, & ad inbecilliore parts materiam depellere, hoc est ad pedes. hoc autem fit, quoniam ipsis uenereis non usi sunt.

οὐτε φαλακροὶ γίνονται. idest, Neq; calui sunt.] Hippocrates in sexto Epidemiorum post principium, caluiciei causam, cerebri consumptionem facere uidetur: tamen si de hac plene loqui uelimus, scire oportet, caluicium, à capillorum casu differre, quoniam in capillorum casu iterū renascuntur, in caluicio minime; & capillorū casus in omni capitī parte fit, caluicium uero solum in anteriori parte, & superiori. At circa latera, & in parte posteriori nō caluescunt homines. fit uero capillorū casus multis de causis, & à causis quidē extrinsecis, ut si quis igne caput adurat, uel feruēti lixiuio se lauet, uel aliquo psilothro medicamento, & expilatorio se lauet. Quod nobili cūdā superioribus diebus contigit, cui psilothrū sapo datus fuit, ut flauos capillos sibi faceret: omnes tamē usq; ad unū decidere, immo nec cutis immunis fuit, sed iterū orti sunt capilli. Cause extrinsecæ notissima sunt. Intrinsecæ uero diuersa esse possunt, una potest esse humor aliquis corrosivus, qui pili materia corrodat, & pili radicē exedat, quod in illa affectione fieri contingit, quā alopecia uocant. hoc tamen caluicium appellari non potest, quoniā curata alopecia, capilli iterū nascuntur. quandoq; fit à naturali causa capillorū casus, & hoc uel à capite ipso, uel à materia, uel à qualitate. A capite, si meatus, quos græci poros uocant, nimis lati fuerint, adeo ut materia nō retineatur, sed exeat: uel sint adeo arcti, ut sumi qui in capillos cōvertuntur, exire nō possint. Si à materia id erit, quia acuta capillos abscondens, uel crassa meatus obstruens. Si à qualitate, uel à frigida, quæ fumosam evaporationem constringat, & pili generationē prohibeat, unde qui adsunt, cadunt, & noui nō nascuntur. nam frigiditas poros constringit: uel à nimia humiditate poros claudente, ut in mulieribus contingit, & pueris: uel à nimia siccitate, quia cutis exiccatur, & tanquam testa efficitur, ut per eam nihil penetrare possit, immo siquid iam adfuerit, exicitur: uel à nimia, quæ materias pilos facientes exurit. Notaq; & si superius à materia fieri diximus, tamen & hæc qualitates cum materia intelligendæ sunt. Addunt & aliud recentes

centes, quando quis habuerit cerebrum à craneo longe distans, quæ omnino non uidetur conueniens, congruaq; causa, quia cerebrum semper pelliculis inhæret, quæ craneo inhaerent. Nunc morbus quidam per Italiam uagatur, quo non solum capilli, sed totius corporis pili decidunt, pellarola uulgo nuncupatur, uidetur scabies gallica remissa, tamen cuncti deinceps renascuntur. Adrem igitur redeentes, cum eunuchi effeminati euaserint, capillos seruant, ut mulieres faciunt. nam ipsis non deest humiditas ad nutriendos capillos apta, nec tanta est, ut meatus obstruere possit. Philotheus & ipse cum Galeno dicit non fieri caluos eunuchos, ἐπειδὴν θηλυγένεις εἰσίν, οὐχὶ ἔχουσι πολλὰ υγρότητα πλεονάζουσαν, καὶ ὑδρεύουσαν τοὺς θεῖούς, οὐχὶ διὰ τοῦ χόνθον τριφοντα τὸ πληθώνωνται. πολλὰ γὰρ τοῖς αρπάγοντος, καὶ πολλαχιστόν, καὶ φαλακρῶν ται, σῆστος ἡ ἀργόν τοι βίσι, οὐκέτο τρυφυλόν θελάτης, οὐχὶ πολλὰ οινοφλυγίαν. idest, Quoniam sceminei generis sunt, & multa humiditatē habent superabundantem, & ad capillos affluentem, ex qua capilli nutriuntur, & crescunt. tamen in his temporibus & podagrum patiuntur, & calui sunt, ob otiosam uitam, & uitium delicatum, & multam uini ingurgitationem. Antiquitus indecora res fuit caluitum, & calui in derisu habebantur, propterea Cæsar dictator (ut Suetonius inquit) calui ejus deformitatem iniurissime ferebat, obtreffatorum saepe iocis obnoxiam expertus, ideoq; & deficientem capillum reuocare à uertice assueverat, & ex omnibus decretis sibi à senatu populoq; honoribus non aliud aut recepit, aut usurpauit libentius, quam ius laureæ corona perpetuo gestanda. Legitur enim in iocularibus militum carminibus in Gallico triumpho uulgo decantatis illud paßim dictum: Moechum caluum adducimus. Synesius scripsit libellum de laudibus caluitij per quam elegantem. Christum seruatorem nostrum caluum fuisse tradunt; unde & Lucianus in eo dialogo qui inscribitur Critias (Si modo is est Luciani) eum appellat ἀναφελωπῖαν, quasi tu dicas recalustrum. Ad rem igitur, Hippocratis tempore haec non patiebantur eunuchi, quæ tamen ob uitius intemperantiam nunc patiuntur. At cum nunquam caluicies ex siccitate fiat, eunuchi uero siccum caput habeant, ideo uidebitur eunuchos caluicium incidebere. quod autem siccum caput habeant, ex Aristotele sumi potest, ita quarto Problematis libro problemate tertio dubitante, Cur & qui concumbunt, & spadones qui re minime utuntur uenerea, acumine oculorum offenduntur. Respondet, an quod alteri ob libidinem, alteri ob excisionem partes superiores plus iusto exiccantur, quod perspicuum in his est, quorum opus exquisitus administratur. Aspectus autem tale est, humoribus uero deorsum ductis superiora siccari necesse est. Id igitur nimirum concubitu fieri patet. Spadonum autem crura intumescunt, & alii faciles sunt, utpote etiam deorsum de humoris copia seuocet. Ut ex his uidere liceat, Aristotelem hic dicere, in spadonibus caput exiccati, & materias ad crura descendere. Tamen problema hoc considerantes, nobis uidebitur Aristotelis rationem perfectam non esse cur spadones acuminis oculorum offenduntur: Sed uera ratio est humiditatis abundantia, nam humiditate magis abundant, quam prius. Et licet dixerit, crura fieri humida, idest ob humidam materiam, quæ à testibus non continetur, sed descendit. At quia crassa, ad iuncturas pene trare non potest, unde in ipsis podagrum non faciet, nisi in uitio inordinatiores sint. Quod si reclames, Aristotelem summum uitium illa dixisse, Respondemus, hunc Problematum librum ab Aristotele non fuisse emendatum, ideo non mirum, si in eo multa scripta sint, que re ipsa non content. Tamen dicere possemus, & si materiam in eunuchis deorsum descendant, tamen & aliquæ sursum relinquuntur, quæ cum sint compactæ, non descendunt, sed quia oculorum humiditates tenuiores sunt, propterea illæ descendent, tamen cur uere non uideant, causa potius est spirituum obscuritas & crassities, quæ ob caloris defectum in eunuchis inuenitur.

G A L E N V S

EVNVCHOS sectio testiculorum similes efficit scemini. Sicuti ergo in eis caluicties non accidit, sic neque in eunuchis propter temperaturę humiditatem. Eunuchos quidem Hippocratis tempore podagra non laborasse uerum existit. Nunc uero non ita, propter immodicum ocium, & uitium intemperantem. Res autem tota ita se habet. Necesse est pedes natura esse imbecilliores si quis podagra corripí debeat, sicuti & cerebrum si morbum comitiale passurus sit; non tamen est omnino necessarium alterutrum pati, si

nihil in uita deliquerit. Disces autem aperte quod imbecillitas partis non sit sufficiens ad generandam passionem ex intermedio tempore accessionum, in quo nulla fere infestatur, quamvis nativa imbecillitas continua sit. Clarum autem est hoc, & in podagrīs manifestissime apparet, quod influere aliquo ad pedes humore superfluo, passio generatur. Si igitur neque hic humor influxerit, liquet quod neque unquam accidet passio. Non influet autem si omnino uacans superfluitatibus corpus extiterit. Erit autem uacans superfluitatibus si mediocrī utatur exercitio, & homo bene cibum concoixerit, unde & desidia, & crapula eis nocent. Nocent autem & potus multorum, & fortium uinorum, pricipue cum aliquis ea ieiunus potauerit. Haec enim neruosam substantiam promptissime offendunt, sicuti & coitus. Aetate quidem Hippocratis pauci podagra laborabant propter uitā moderatām, nostris uero temporibus usq; adeo auctis edulis, ut nihil eis addi posse videatur, infinita est podagrārū multitudo, cum nonnulli sint qui nihil exercitantur, & cruditatibus, atq; ebrietatibus offenduntur, & ante cibum assumptū hibant uina potentia, ac uenereis utantur immoderatis: nonnulli uero, & si non in his omnibus, in uno saltem, aut duobus ex his quae sunt dicta delinquunt. Sed cum peccatum fuerit magnum, sepius in uno eorum quae diximus deliquisse sat erit. Ob hanc igitur causam etiam eunuchi podagra corripuntur, quamvis nullum habeant usum uene reorum. Talis enim est eorum desidia, insatiabilitas, ebrietasq; quod etiam sine uenereis podagra corripuntur. Hæc eadē de articulari morbo existimes dicta, omnes si quidem qui eo laborant magna ex parte prius podagrī fiunt. Accedit & ad has causas ob quas pleriq; incident in podagras, quod multi, & patres, & aios habuere podagrīcos, in quibus semen erat uitiatum, atq; ideo natis uehementiorem fecerunt partium imbecillitatem.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, Non fieri caluitum in eunuchis, quia testiculorum sectio eos foemini similes reddit, ideo sicuti ob propriam temperaturam foemini non fit caluitum, ita ob acquisitam eunuchis.

Quod legitur, Propter temperaturę humiditatem, in Aldino contextu scriptum est σέ τον ψυχόν η κράτειας, id est, propter temperaturę frigiditatem. noster antiquus contextus prius habebat, σέ την υγρότητα η πρώτως, id est, propter temperaturę humiditatem, sed obelo confossus est, & duas lectiones habet, una dicit τὸν ψυχόν alia τὸν ψυχόν. utruncq; dic ipotes, nam & ob humiditatem pilis subministrantem caluiti non fiunt, & ob frigiditatem, que humiditatem multiplicari sinunt.

S E C U N D O docet, Hippocratis tempore eunuchos non laborasse podagra, sive autem tempore ob uictum intemperantem & otium immensum laborasse.

Quod legitur, Verum existit, legi debet extitit, uel fuit. nam græce est, λύπη, δέσμη.

T E R T I O docet, eos qui podagrum incident, imbecilliores natura pedes habere do portere, sicuti opus est eundem cerebrum imbecille habere, si comitiale morbum incideat debeat, tamen si hic nullum fecerit in uita sua errorem, hec pati non est opus. Scias igitur partis imbecillitatem non esse satis ad inducendum comitiale morbum in inter medio tempore accessionum, in quo nihil fere infestatur, quamvis haec nativa imbecillitas continua sit, eodem modo in pedum imbecillitate, ex sola imbecillitate nunquam fiet podagra, sed opus est humorem aliquem ad pedes influere, si hec passio fieri debeat. Nunquā uero hic humor influet, si hoc corpus superfluitatibus uacabit, idq; fiet si mediocrī utatur exercitio ut apte cibum concoquat. nam desidia & crapula his obsunt, & multorum atq; fortium uinorum potus, præsertim si ieiunus bibat. Ferrariae à centum annis supra ob uinorum tenuitatem podagrī non erant, uel rarissimi, nunc quia uina fortiora & crassiora effecta sunt, multos podagrīcos Ferraria gignit, tamen pauciores sunt, quam uel Bononiae, uel in alia urbe, in qua uina fortiora sunt, uel nascentur.

Quod legitur, In quo nulla fere infestatur, legi debet in quo nihil omnino infestatur. nam græce est ἡ μηδεγί οὐλως γενέσθαι perturbantur.

Quod etiam legitur, Si igitur neque hic humor influxerit, legi debet, si igitur nonquam hic humor influxerit, uel si igitur neque hic humor unquam influxerit. græce enim est, οὐ μηδὲ ποτε οὐτοὶ οὐδὲν.

Quarto

QU A R T O Galenus uniuersaliter de omnibus hominibus intelligens, inquit, tempore Hippocratis, paucos sūisse qui podagra laborarent ob uitæ moderantiam, sed Galeni tempore usq; adeo sunt aucta edulia, ut nihil addi posse videatur. à Galeni tēpore usq; ad hoc nostrum adhuc sunt magis aucta, propterea multi podagrī inueniuntur. nempe multi sunt qui corpora non exercent, ebrietatibus & cruditatibus, quibus often duntur, uacantes, & ante cibum uina prepotentia bibunt, & immoderata uenere utuntur. Alij, & si omnia prædicta non exerceant, tamen aut unum aut duo exercent. At si uehementissime errant, unus error ex prædictis satis est ad has affectiones induendas.

Quod legitur, Promptissime offendunt, in Aldino contextu habetur πληρότερον τοιμάως. idest, prompte enim implent. Antiquus uero contextus noster prædictam lectio- nem in margine habet, in serie uero legit, πλήρεσσον τοιμάως, idest prompte enim percutiunt uel offendunt.

QVIN T O Galenus infert, ob hanc causam eunuchos podagram pati, & si usi tie- nereorū careant, nam adeo sunt insatiabiles, desides & ebrij, ut etiam sine uenereis poda- gram incidere possint. unde eunuchi per illam met causam podagrā incidunt, per quam & alij, uno dempto, scilicet coitu, quo uti non possunt. Poeta Græcus appellat Podagrum Deam μισθώχη, idest odio habentem pauperes, ad quos uel nunquam uel raro accedit, extat & distichum ignoti auctoris Græci.

Λυσιμελές Βάκχος, καὶ λυσιμελές αφροδίτης,

Γνάτη τοι γατηγε λυσιμελές ποδάρεια.

SE X T O Galenus aphorismum ampliat, ut hæc non solum in podagra, quæ solitus pedis affectio est, intelligatur, sed etiam in morbo articulare, nam qui hoc morbo labo- rant, ut plurimum prius podagrī fuere.

Deniq; addit, quod præter dictas causas podagricorum accedit hereditas, quia aliqui habuerent patres, & avos podagricos, in quibus semen erat iuiciatum, & ideo natis uche- mentiorem pedum, & articulorum imbecillitatem præstitere.

A P H O R I S M V S X X I X

MVlier podagrā non laborat, nisi menstrua defecerint.

B R A S A V O L V S

CV M eunuchi sc̄mīnei generis sint, si proprietates aliquas habuerint, ea ratione qua eunuchi & sc̄mīnei sunt, easdem in muliere esse oportet. propterea cū eunuchi po- dagram non patientur, mulieres etiā podagra non laborare opus est. Quod in hoc apha- rismo ab Hippocrate refertur. Vnū tamen obseruare oportet, podagrā nō incidere, nisi menstrua defecerint. quoniā præsentibus menstruis, superflua exēt, quæ ad pedes pro- cumbere possent, & podagrum facere. At si menses deficiat, materia illæ ad pedes non modo penetrare possint, sed & quandoq; penetrat, & podagrā inducunt, quod utinam in multis religiosis potius fieret, in quibus materia illa in caput ascendit, & uehemen- tius affliguntur, quam si podagrum paterentur. quamvis & in mulieribus saeuissimas po- dagras uiderimus. Cūigitur menses defecerint, & hoc præsentim ante statutū deficiendi tempus, podagrum incidere possunt, & hoc (ut Philotheus inquit) κατοχυμίας πληρότερον, ἢ κατοχυμίαν ἡ φύσις ἀπό τὸ ἀδηνὸν οὐκ ἀπορεῖ, οὐκαρ μόσια ἀρδεάκει ὡς ἔχειση καὶ τοῦτον ποδάρην. idest, Malorum humorum multititudine plenæ, quam malorum humorum multitudinem, natura ad imbecillas partes & indigentes & ignobiles tan- quam quid inutile impellit, & hinc fit podagra. Seneca in quadam epistola conque- titur de luxu sc̄minarum sui temporis: quæ fecerint falsum Hippocratem assertentem sc̄minas podagrī non laborare.

[των δὲ ποδαρέων, idest, Mulier podagra non laborat.] Adde si fuerit in uictu modera- ta, non poratrix, non turbucinatrix, nempe adeo intemperans esse posset, quod non satis essent menses ad illam purgandā, quin etiam materie superessent ad inducendam podagrum aptæ. sicuti enim nostro hoc æuo ob uictum intemperatum eunuchi poda-

gram incidunt, ita ob eandem causam mulieres illam incidere possunt.

Hv m̄ n̄ οριβασία αντίγενετη, idest, Nisi illi menstrua defecerint.] Nam (ut Oribasius inquit) quoties mulieribus menstrua profluunt, purgatio est totius corporis; si vero non fluxerint, redundat materia humorum in toto corpore, gignuntur morbi; alio quando autem crassa ipsa materies decurrat ad articulos, & fit podagra. *hæc Oribasius.* Scito autem Hippocratem intelligendum esse, quando menstrua defecerint ante statutum deficiendi tempus, quod est inter quadragesimum & quinquagesimum annum, nam ex menstruis non solum id quod in muliere gignitur ob fœtus nutrimentum evacuatur quando plena fuerit, sed etiam plures superfluitates evacuantur, quæ in earum corpore sunt. Celsus non dicit Mulieres non incidere podagras, sed uigesimali quarto capite libri quarti inquit ea, scilicet podagra raro mulieres nisi quibus menstrua supressa sunt, tentat.

G A L E N V S

MULIERES nō sunt podagræ ratione evacuationis. Ostensum est enim in p̄cedente sermone, quod n̄i humores superabundauerint, ex sola partium imbecillitate nō potest podagra fieri. Verum rursus & hic prius quidem erat uerum, ubi non omnino menstrua defecissent, quia parva erant delicta quæ aetate superiori mulieres admittebant, nunc uero ob eorum magnitudinē quædam podagra laborant antequam menstrua deficiant, cum nonnullis pauca exeat, nonnullis autem uel mediocria.

B R A S A V O L V S

PRIMO Galenus docet, Mulieres nō incidere podagram ob evacuationem nam in p̄cedenti aphorismo ostendit, n̄i humores superabundauerint, ex sola partium imbecillitate non fieri podagrum.

SE C V N D O docet, & hoc suisse uerum tempore Hippocratis, de mulieribus menses habentibus, quod podagras non inciderint, quoniam in uictu temperantes erant, & paucos errores faciebāt. At nostro hoc tempore ob int̄erparatiæ magnitudinē mulieres podagras habentes uidentur, & nos nonnullas uidimus saeuissime etiam cruciatas.

Quod legitur, uerum rursus, & hic prius quidem erat uerum, græce est ἀλλὰ καὶ τοῦ πάλιν, επειδὴ μὲν ἀλλὰ καὶ λαθὲς ὡς.

A P H O R I S M V S XXX

Puer podagra non laborat, ante usum uenereorum.

B R A S A V O L V S

HO C magis perpetuū uideatur atq; statum, quam id quod in mulieribus, & eunuchis dictum est, nempe experientia ostendit, pueros podagrum non sentire prius quam uene re uentur. Oribasius etenim dicit, ubi cum muliere rem haberint, calor subtrahitur, & humores commouentur, hoc c̄s in pueris est, etiam si uoraces sint, ut podagrum non incident, sed bene (ut Galenus inquit) pedum tumores incident, & articulorum, non tamen ueras podagras. Venere uti posunt pueri anno decimoquarto, uel parum ante, uel post; an uero utantur, in eorum arbitrio est, ante hoc tempus podagrum non incident, nam opus est iuncturas imbecillas habeant uel natura, uel exercitio, & motu materierum ad ipsas qui podagrā incident debent. Athæc iuncturarum imbecillas non est ante usum uenereorum, ideo nec podagra. Adde, in hac aetate superflua incremento consumi.

πᾶς επειδὴ σάχεια, idest, Puer podagra non laborat.] In tertio libro à nobis dictum est, quantum puerilis ætas extendatur, nunc per pueros, illos intelligit, qui uel in illa aetate sunt, in qua coire non possunt, uel si possunt, tamen non coeunt, at uigesimali quintum annum non excedunt. Nos uidimus magnificum Alphonsum Tassonum quindicim annorum ætate podagra laborantem, qua etiam ætate laborare cœpit Illustris Claudio Rangonus; an uero prius uenerem exeruerint, ignoramus. Tassonus negauit se iam exercuisse, à nobis quandoq; interrogatus.

πῶς τὸ ἀφεοδιστάχει, Vel (ut noster antiquus contextus in secunda lectione habet

habet) & φρεστασμόν. id est, ante usum uenereorum, quia nōdum est facta agitatio, etiam si habuerint humorum copiam, unde & à Philotheo dicitur, εἰ οὐ ποδοφρεστην είσιν, οὐ τὸ πλυμέλες τῆς διάτης, οὐ τὸ γινεται τὸν αὐτοῖς βρασμός τῷ ἀρχῆν τῷν ἀφροδισίαιν, μετὰ δὲ τὸ ἀφροδισίαν, ποδοφρεστην τῷ λόγῳ τῷ βρασμῷ οὐ τῆς κυνίστως τῷν ἀφροδισίαιν, ἀπὸ χώρην πιούται τῷν ὑλαῖ, οὐ πετεβλαστήσου τὸν πόδας, ἀ τύχει αὐτὸς οὐ παθεῖεν οὐ τῷ πλαγαῖ ποιεῖσιν. id est, etiam si excremētorum pleni sint ob uictus errorem, quoniam in iphis concusso non fit ob Venerorum abstinentiam. At post ueneris usum, podagram incident ratione agitationis, & uenereorum motus, quæ materierum fusionem faciunt, & pedes laedunt, si ipsos ad patiendum dispositos esse contigerit, & podagram faciunt. Hunc ordinem igitur habent. Eunuchi non patiuntur podagram, neq; mulieres, neq; pueri, sed eunuchi non patiuntur, nisi ob uictum intemperatum: mulieres, nisi ob defectum menium: pueri, nisi postquam uenere uti ceperint. Tamen Celsus libro quarto capite uigesimoquarto simpliciter dicit, Raro pueros ante foeminae coitum tentari podagra. Ipse igitur hoc simpliciter non negat, sed raro incidere dicit: quandoq; igitur (ex eius sententia) podagram incidere posunt.

G A L E N V S

QUOD magnam uim habeat ad podagræ generationem usus uenereorum, liquet. Etiam in pueris, & ex his qua; paulo antea de eunuchis dicebat. Eunuchos itaque uidimus quosdam podagra laborantes, pueros autem non uidimus. Verum et si quis talis est passione corruptus, una & genuum articuli, & manuum intumuerunt, instar morbi articularis repente facti à plenitudine ex multis cruditatibus aceruata.

B R A S A V O L V S

PRIMO Galenus probat, usum uenereorum ad podagræ generationem uim magnam habere, & hoc duobus argumentis, unum est ex pueris, aliud ex eunuchis. nam hi non patiuntur, quia uti uenere non possunt. Pueri uero non patiuntur anteq; usi sint.

SE C V N D O dicit, se uidisse eunuchos, qui podagram passi sunt, pueros autem non uidit: at si quis uisus sit tali passione corruptus, nō fuit podagra simplex, sed simul & genuum articuli, & manuum intumuerunt, ac si esset articularis morbus repente factus à multitudine ex multis cruditatibus aceruata.

A P H O R I S M V S X X X I

Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum aut uenæ sectio, aut medicamentum epotum soluit.

B R A S A V O L V S

ET si multa sint præsidiorum genera, quibus oculorum dolores sanari possunt, tam Hippocrati placuit omnia ad quinq; genera deducere, quæ sunt, meri potio, balneum, fomentum, uenæ sectio, & medicamentum epotum. Omnia alia, quæ oculis applicari possunt, uel collyria sunt, uel aquæ, uel decoctiones ad prædicta quinque deduci possunt. Celsus libro sexto capite sexto solum remedia ex his quæ ab Hippocrate dicuntur, enumerat, inquiens, Curari uero oculos sanguinis detractione, medimento, balneo, uetusissimus author Hippocrates memoriae prodidit. Oribasius uero quatuor solum enumerare uideatur, nam dicit, Sicuti quatuor sunt humores, ita quadri fariam oculorum dolores fieri intelligit Hippocrates, qui supradictis auxilijs tolluntur. Atre uera à multis causis oculorum dolores fieri possunt, propterea tale auxilium praestare oportebit, quale expedit causa: etenim omnia omnibus doloribus non ualent, sed aliquibus aliqua, & alia alijs: & ideo Aetius libro septimo capite quinto cū hunc aphorismum adduxisset, inquit, Non tamen eidē homini cuncta hæc adhiberi iubet, sed alij sanguinis missionem, alij fomentum, alij balneum, & alij meri potionem, unde & Philotheus ita distinguit, inquiens, οὐδέθαλμια γινεται, οὐδέ ιδοπάθειαι, οὐδέ συμπάθειαι. οὐδέ ιδοπάθειαι μηδ, ὡς ήνινε οὐ διά τοι ποδε διά τοι δέθαλμόν θωχλαῖ, οὐ παχεῖαι οὐδέ συμπάθειαι. οὐδέ ηταῖ οὐδέ ημέναι, ὡς ήνινε μυστηρίον διά Φιλί ποδε αὐτῶν ἐλαχίστων οὐλῶν χρηστον. οὐδέ συμπάθειαι δέ, ὡς ήνινε συμπάχεια οὐ δέθαλμός οὐ δέ ένι μοειω, τοπικὴ έγκεφαλω

ἢ τινὶ ποιέτω, πλῆθος ὑλης ἔχειν, ἢ τῷ παντὶ σώματι ποιόγητι, ἢ ποστήτη χρυσό, φροκλαύριον
ἢ θυσηράσια. Μεσφόρων οὐδὲ μετίου ἔντων τῆς ὄφθαλμίας, μεσφόρος ἡ θεραπεία, idest, Lippitudo fit, uel per propriam passionem, uel per communicationem affectus, per propriam
quidem passionem, ut quando materia circa oculum existens turbat, uel crassa & diffi-
cultur mobilis, uel tenuis & acuta, ut quando tenuis intemperantia circa ipsum est, mi-
nimum habens materiam. Secundum compunctionem uero, ut quando oculus ex una
parte compatitur, hoc est cerebro: uel quodam simili, materiae copiam habente: uel ex
toto corpore, qualitate, uel quantitate humoris turbata: uel ex intemperie. Quum igi-
tur causae sint indiferentes, quibus lippitudo fit, differt & curatio. At quae nam sint dis-
ferentiae, & quomodo curatio fieri debeat, in exponentibus aphorismi particulis statim e-
docebitur. Galenus in tertio Methodi medendi libro parum post principium inquit,
se huius aphorismi sententiam experientia reperiisse, & quando tmo præsidio, & quan-
do alio uti debeamus. Medicos reprehendit, qui in oculorum doloribus opio utuntur,
mandragora, & hyoscyamo, nam ipse per haec medicamenta ab Hippocrate enarrata
curabat, atque sanabat. At quia Hippocrates non distinxit, quando hoc faciendum es-
set, & quibus casibus, propterea eodem loco his uerbis utitur, Nostri præfatio non mi-
nus & illud, cum ab ephebis usque mecum sis uersatus, nec sub illo me usquam præ-
ceptore uidisse eiusmodi opus, sed id per me ratione excogitasse, & quam longo tem-
pore aphorismum illum, Dolores oculorum meri potio, uel balneum, uel fomentum,
uel uena incisa, uel purgatio tollit, considerauerim: quanquam ex reliqua Hippocratis
diligentia sperauerim, ne in hoc quidem uel falsum quidpiam, uel quod fieri non posset,
præcipit idq; suisse, quod me ad inquisitionem incitauit, quod ipsa Hippocratis insitæ
uia, inueni quo pacto discernerem, quando quomodoq; dictorum quoque sit utendum.
Nos uero inter exponentias particulas, quibus conueniant, edocebitur.

ἀφθαλμός, idest, oculorum dolores.] à quacunq; causa facti sint, uel intrinse-
ca, uel extrinseca: uel cum materia, uel sine materia: uel calida uel frigida: uel humida
uel sicca, subscriptis præsidis tolluntur, non omnes uno præsidio, sed pro ratione cau-
sæ doloris suo præsidio uti debemus, tamen unum sit ex his quinque ab Hippocrate
enumeratis.

ἀπετοποιία, idest, Meri potio, non tamen in omni oculorum dolore meri portione uti
debemus, quia in multis doloribus plurimum obesset, nam si materia biliosa sit, tenuis,
& ualde calida, uinum mirifice obesset, immo in hoc casu non solum non dandum, sed
neque odorandum. At solum uino uti debemus, quando (ut Galenus in commento di-
cit) oculi sunt squalidi, & uenæ, qua in oculis sunt, multum tumida, & sanguine ple-
na apparet, unde & Paulus libro tertio capite uigesimo secundo inquit, Cæterum in
quibus crassi sanguinis est intensio in oculorum uenis, sine reliqui corporis succorum
redundantia, uino in potu calorifico, euacuandi ac obturandi uim habente. At nos hoc
potius fieri iudicamus, quia sanguinem illum crassum attenuet, uias aperiat atq; resol-
uat, Quid & Aetus libro septimo capite septimo arbitratur, & Alexander Trallianus
libro primo capite uigesimotertio inquit, Si quādo citra plenitudinem corporis inflam-
matio, cum obstructione crassi & pituitosi sanguinis orta videatur, tunc præsentaneum
præsidium est, si ante omnia temperato calefaciente, & meatus relaxante balneo lan-
etur ægronus, & deinde uinum potui detur, uini nanque potus, cum alias, tum ita exhibi-
tus, ad singulas quidem corporis partes, maxime uero ad caput promptissime defer-
tur, neque calore modo reficit eas, sed exemplo etiam agitat humores meatus confi-
pantes extenuando, & profligando: unaq; opera, locis uiribus destitutis eiusmodi ro-
bur inserit, ut facile loca obstructa aperiat, & quicquid obstruerit è medio extirpet. Ve-
rum semper dicto modo considerandum, num lauacrum expediat, necne. Hæc Trallia-
nus. At tu forte dubitabis, quod nam uini genus hoc esse debeat, quo in hoc casu uti de-
beamus. Aetus pro nobis præcitato loco satisfacit inquiens, Vīnum crassos humores
permutat & attenuat, sapeq; ex accidenti, illos etiam euacuat, quod esse oportet colore
fuluum, substantia tenuis, neque adeo antiquum, neque uechementer adstringens: dan-
dumq; maxime affuetis, intemperiemq; siccam & frigidorem habentibus. Si iterum du-
bites an uinum diluendum sit, uel sine aqua bibendū, Aetus eodem loco docet, aquam
calidam

calidam, sed non multam esse miscendam, minusq; dilutum sit, quam prius dñli con-
suerat. immo & eodem loco, sumendi modum copiosioribus uerbis docet, quam ut
à nobis opus sit in præsentiarum referri, tamen his dandum non est, qui consueti sunt à
uino pati. uinum igitur sit passum, uel creticum, uel ex Vesuvio monte, quod Græcum
Romæ uocant, copiose epotum, ut multis fumos in caput mittat. Scito præterea hanc
uini potionem non esse faciendam, nisi prius facta sit, aut purgatio, aut uenæ sectio, si
opus erit. Si uero corpus non sit plenum (ut à Tralliano notatur) uinum confessim pre-
bere potes. Philotheus etiam in propriâ oculorum passione uinum exhibet, inquiens,
τὸν δὲ τὴν ιδεοποίησιν λόγῳ πάχες ὑλες οὐκ εργαστοποία. τῷ θρυμάνεψ καὶ λαπήσανεψ, καὶ στρα-
φεψ τὸν ὑλεψ, τὸν ὑγράνεψ, καὶ θληξανεψ. idest, propriam autem passionem, ratione
materiæ crassæ uini meri potio (scilicet soluit,) in eo quod calefacit, & attenuat, & ma-
teriam disertit; uel in eo quod humectat, & temperiem afferat.

Si uero petas cur haec ab Hippocrate distincta non sint, Galenus libro sexto De sim-
pliū medicamentorum facultatibus, ubi de Abrotano uerba facit, & empiricos re-
prehendit, huic dubio metam imponit, inquiens, Si qui uoluerint artem tractare ratio-
ne, ijs opus est methodo curandi; nam aliqui damnum magis, quam utilitatem ex tali
consequentur narratione. Sanè Hippocrati, qui in aphorismis scripsit, Dolores oculo-
rum soluit meri potio, aut balneum, aut fomentatio, aut sanguinis missio, aut purgatio,
nec adiecit quos nam dolores uini potio, quos balneum, quos fomentum, quos sangu-
inis missio, & quos purgatio: ignoscendum forte quis arbitretur, tribus, ut arbitror, de
causis. Siquidem aphoristica faciebat doctrinam, in qua propter breuitatem & com-
pendium pleraq; ita dici concessum est, & omnia quæ dolores soluunt, enumerauit, tam
& si non definit, ad quem dolorem quod nam ex illis congrueret; tamen multis in locis
aliorum librorum occasiones nobis præstiterit, distinctiones in ijs quæ hoc pacto dicun-
tur, inueniendi.

ἢ λατρῷ, idest, uel balneum,] scilicet oculorum dolores soluit, quando scilicet ex so-
la intemperantia facti sint. Philotheo etiam dicente τὸν δὲ θυραρεῖσιν τὸ λατρῷ τῷ αὐ-
τῷ λόγῳ, idest, Intemperantiam uero balneum eadem ratione, scilicet soluit. Galenus in
his solum balneis utitur, in quibus inflammatio sola dolores facit. Aetius præcitat loco
simil cum uino balneum facit. & capite sexto eiusdem libri septimi docet, quibus
balneum conueniat, inquiens, Congruit itaque balneum quibus cedematica inflamma-
tio circa oculos ineft. Est autem cedema, tumore laxum, tactu frigidum, colore candi-
dum, humorq; illi influens, immordacior, ac minus calefcens, qui quidem oculo, neque
ruborem, neque extensionem afferat; euénit ferè id morbi genus in senio, hyemali tem-
pore, ac mulieribus præsertim pinguibus, & omnino his qui pituitosi cerebri fuerint.
Trallianus quoq; præcitate loco balneum uino miscat.

ἢ πνεύ, idest, uel fomentum, uel suffitus.] nam utitur uocabulo πνεύ pro suffitu, ut
in illo aphorismo quinti libri fecit, Suffitus aromatum muliebria edicit. Leonicenus
hanc particulam in suo codice non habuit, tamen nos illam in omnibus Græcis exem-
plaribus inuenimus, & in duodecimo Methodi medendi libro, & in tertio, & in sexto
De simplicium medicamentorum facultatibus, ubi Galenus hunc aphorismum re-
fert, semper hanc particulam inter alias enumerat. Constatque unum esse ex potissi-
mis præsidij, quæ in oculorum doloribus fieri possunt, Quod Galenus in commen-
tatione egregie laudat. Aetiusque decimo septimi libri capite, tunc fomenta adhiben-
da esse docet, si crassissima sordes, præsertim in principio apparuerit, ut attenu-
etur, tuncque à balneis penitus abstinentum, quamvis alioqui fomentum balneo as-
similetur.

ἢ φλεbotomia. idest, uel uenæ sectio.] Scito autem uenæ sectionem non esse per se
remedium, quin etiam alijs complicari possit. immo & post uenæ sectionem, quando
opus est, balneo utimur, fomento, uini potionē. Fit autem uenæ sectio, quando redun-
dauerit sanguis per totum corpus. Aetius hæc signa ponit missio sanguinis in ocu-
lorum doloribus, modo non aduersit cōditiones quæ sanguinē mittere prohibet, quando
ingēs dolor oculos afflixerit, & plurima extēsio ac rubedo uideatur, renitētia ad tactū,
atq; ardor

atq; ardor adfuerit, seruidarumq; lachrymarum copia defluxerit, ac tumor cornē pariter & coniunctiuā tunicā occupauerit præ uehementi inflamatione oborta, genæ ita euentantur, ut uix oculos possint ocludere, totaq; coniunctiuā intumescēs rubuerit, ac præ tera uniuersum corpus sanguine repletū fuerit. Sed hic duo occurruū ambigua, unum est de missione sanguinis ex qua uena fieri debeat; aliud de quātitate sanguinis, qui educi debeat. Aetius præcito loco utriq; dubitationi satisfacit, prīmæ, inquiens, Vena autem quam potissimum secare oportet, superior est, quam humeralē uocant: & illa est, quā nos capitū uenam uocamus: tamen facta hac uniuersali sectione, quandoq; ad occipitiū uenam incidentā peruenire oportet, quandoq; ad frontis uenā. Secundæ uero ambiguitati ita satisfacit: sectionemq; ampliorē facere expediet, ut crassiore sanguine evacuat, & animi deliquio maturius inuecto, protinus dolor ardorq; inflamationis auferri possit. unde opus est sanguinis evacuationē copiosam esse oportere, & non quatuor, aut quinque unciam, ut nunc ferē Medicorū uulgas educere constituit. Venæ autem sectiones nat, quia materiam faciente dolorem evacuat. propterea & à Philotheo dicitur τὸν πλεύραν ποσῶν οὐ συμπάθειαν λαττέσαν διφθαλμίαν θραπεύει φλεβοπυματοῦ λόγῳ της κενώσεως. idest, eam enim lippitudinem dolorem afferentem, quæ fit quantitate per communio nem affectus, curat uenæ sectio, ratione evacuationis.

ἢ φαρμακία λύει, idest, uel medicamentū soluit. Ut hic Philotheus dicit, eum dolorem qui fit ποιῶν, idest, qualitatē, ἢ νέθλοποι, idest, purgatio soluit. nam κρεβαρισμὸς τῷ αὐτῷ, ἢ οὐλίνῳ ὀτρίνῃ πάντεται, idest, euacuata causa, dolor statim cessat. Tunc uero purgatione uti debemus, quando alij humores præter sanguinē peccabūt. & ideo Aetius capite nono septimi libri dicit, In quibus tenues, multaq; lachrymæ, aut falsæ aut acres, aut frigidae, emanauerint, uniuersumq; corpus prauo succo abundauerit, caputq; excrementorum fuerit, iugiterq; alius fisti cōsueverit, & inde depravatorū humorū multitudo aggregari, ingensq; dolor infestauerit. Sicuti enim in mittendo sanguine plenitudinē corporis, quam plethoram uocant, ita in purgatione succorum prauitatem remouere cogitamus. Idem sentit Paulus, idemq; Trallianus. Itaq; humore cōsiderato, qui peccat, medicamentum, ut exigit, dare oportet: & si plures sint humores, medicamentum compositum sit, ut humorū diuersitas expetit. De medicamentis uero his humoribus statutis, præscripti authores egregie differunt. Vides igitur quomodo in uarijs oculorum doloribus uarijs præsidij uti debemus. Galenus in duodecimo Methodi medendi libro non longe à principio, cum edocuisse esse quædam symptomata, quæ adeo ingentia sunt, ut symptomati, & non morbo opem ferre cogamur; quandoq; uero simul nos posse et causæ & symptomati mederi, hunc aphorismum refert inquiens, At sanguinis missio, quæ scilicet uires non dejet, symptomata spectatīs medici opus non est, sed eius qui totum affectionem adimere studet: ad eundem modum, & balneum, & purgatio, & fomentum calida, & uini potio, quorum omnium Hippocrates in aphorismis, ubi de oculis dolētibus loquitur, his uerbis meminit. Ocelorum dolores meri potio, lauatio, fomentum calidum, uel purgatio soluit. Hæc nanque omnia dum affectus sanant, una etiam cum ipsis dolores sedant.

G A L E N V S

SINGVL A horum quæ dixit, magis experientia, & non ratione aliqua uidetur mihi Hippocrates cognouiisse: nil enim mirū si homo dolens cum illset ad balneum dolore fuit liberatus, uel si non permisus bibere uinum, deinde nullā ex hoc sentiens utilitatem motus est ad bibendum, alioquin multū appetens uini, & posthac melius se habuit. Sicuti igitur & plura alia quæ medici hoc modo inspexere, sunt abs eis scripta ab se aliqua determinatione, ita & haec mihi uidentur ab Hippocrate, neq; ut rationali dicente, dispositiones, neq; ut empirico, cōcursus. Utilitas autem quæ nobis potest aduenire, ex sermonibus hoc modo scriptis est inquirēntibus dispositiones, in quibus meri potio, et balneum, & singulū eorum quæ seriatim dicta sunt, utile sit, quod & mihi contigit. Nāq; omnino sint aliqui oculos dolentes, quorū nōnulli meri potionibus, nōnulli balneis iuuentur, sicut Hippocrati adhibens eram persuasus, neq; enim illud scripsisset, si non uidisset. Non tamen ab aliquo præceptorum tale auxiliū aliquod animaduerti fuisse adhibitū. Cum itaq; omnes quælibet dispositiones in quibus sit necessariū, non in oculo tantum

tantū, sed & in alijs partibus fieri dolo res, deinde mihi ipsi persuasus adintenisse, hinc considerauit earum indicia dispositionum, & postq; etiam his credidi, tunc ausus sum re ratione in die secundo ab initio uenam secuerat, & deinceps curauerat medicinis quas experientia cognouerat, cum inflamatio sola ob sideret oculos. Dolebat autem uehementer in quibusdam insultibus, in quibus aiebat ipse sentire se acutos humores, qui uniuersim defluebant ad oculos, mox post eorum excretionem uehementia doloris sedebatur, non tamen dolor omnino cefabat, & hoc illi per totam quintā accidit diem, manus semper habens incrementum. Cum igitur dolorem non posset tolerare, me, & quemad alterum ex ocularibus medicis aduocauit in urbe Romana probatisimū. Illi itaq; uidebatur utendum esse collyrio quodam ex his quae emplastica nominant et anodynā, id est dolorem sedanā, cuiuimodi sunt quae ex Ceruſa lota, Amylo, & Papauere componuntur, nam sic maxime posse reprimi per emplastica id quod influebat, & simul sensum torpescere per infrigidantia sperbat. Ego uero ab initio suspecta habui talia medicamenta, neq; enim uehementes reprimunt fluctiones, sed excerni prohibent, atq; ideo si humores fluentes acres extiterint, corneam erodi contingit, si uero multi, magis irrita ri, ac uehementer extendi, ac si rumperetur, ex quibus, nisi medicamentum fuerit uehementer stupefaciens, dolores impatibiles excitantur. Si uero fuerit adeo uehemēter stupefaciens, ut ex eo oculi maximam inflammationem non sentiat, necessarium est simul quidem uim uisoriam offendī, adeo quod cessate inflammatione, uel debiliter, uel nihil omnino uideant, simul autem & quandam præduram dispositionem, & quę difficulter sanari posit, in oculorum tunicis derelinqui. Cum igitur ita nouissem, atq; animaduerterem humorē iuuentem non paucum, & fortiter acrem, ac calidum, primū somento utendum censui, experientię gratia, tanquam ex ea certius cognitus qualis nam foret dispositio. Solet enim in his fomentum usq; ad aliquid dolorem mollire, sed alteram fluctionē aduocare. Qua enim ratione potest id quod in oculis continetur discutere, eadem etiam alteram ex uiciniis attrahere. Verum q; primum, & aquam calidam, & spongiam affterri iussi. At ger ipse se dixit expertum esse tota die id remedium, primū quidem dolorem minuere, sed paulo post maiorem facere, que ego cum audissim medicum ocularem dimisi, pollicitus ipse expectare, & ægrum absq; medicamento frigido à dolore liberare. Cum autem solo balneo uisu essem, ita dolorem sedauit, quod tota nocte dormiuit aeger, & neque semel aliquem qui iuxta dormiebant aduocauit. Ab hinc in reliquis in quibus per signa cognoui, influere quidem humores acres ad oculos, non tamen corpus esse plenum, balnei usu dolorem sanauit. Alium autem quandam adolescentem quia iam pluribus diebus inflammationem patiebatur in oculis rura colentem, non prope civitatem uidi, postmodum quoniampassio perseuerabat cum ad ciuitatem uenisset squallidos habentem oculos, sed ualde tumidas, ac plenas sanguine eas, quae in ipsis uenias erant; cui iussi, ut se lauaret, ac potu ueteretur meraciore, & ita se sopori traderet. Et quidem somnus ipsum profundus inuasit, & mane sine dolore surrexit, mihiq; præbuit auidam in quibus sanguinis copia crassioris in oculorum uenulis continentur sine plethora in tota corpore dispositione, uini potione diffundere sanguinem, atque euacuare potente, & sui motus uehementia obstructions aperire. Haec igitur sunt fortia remedia doloris oculorum. Securissimum autem fomentum est & omnino aliquam afferēs utilitatem, uel tanquam signum ad dignitionem, uel tanquam causa sanitatis oculorū. Quando enim nihil omnino influit in oculos, fomentum dissoluens eam quae in ipsis continentur superfluitatem eis sanitatem restituit. Cum uero adhuc influit, cum primum adhibetur suo calore, aliquod affert mediocre leuamen, sed paulo post dolorem auger, & tunc fit signum dignoscitium, ex quo nos dispositionem comprehendentes, ad totius corporis euacuationem peruenimus, ipso quidem sanguine redundante, per uenae sectionem, sed malitia humorum infestante, per purgationem: neque enim est difficile admodum distinguere alteram ab altera.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus uidetur ferè latenter innuere, ex hoc aphorismo paruam haberi utilitatem, nam Hippocrates secundum Galenum hæc potius uidetur experientia, quam

tia, quam ratione cognouisse, nempe mirum non est, si homo, cui oculi dolebant, iuerit ad balneum, & liberatus sit: uel si non permisus uinum bibere, postea bibens, quia appetat, etiam liberetur. nam medici multa talia insipientes, illa scribere solent sine aliqua probatione, ita in proposito, Galeno uidetur Hippocratem fecisse, haec etenim collegit quae experientia uidit: tamen non utitur rationalium uoce, qui dicunt *σχέσις*, id est, dispositiones: nec empiricorum, qui dicunt *συνθετάσις*, id est, concursum.

S E C U N D O utilitatem docet, quae ex huius generis sententijs habetur. Est autem haec, quia nos querimus dispositiones, quae uini potionē soluuntur, quae balneo, & ita de alijs, quod Galeno contigit. De sententia autē ipsa, quod scilicet ex uini potu nō nulli liberari sint, alij ex balneo, Hippocrati credendum est, quoniā id non scripsisset, si non uisisset. Hoc supposito, tanq; uero, Galenus dispositiones considerare cepit, per quas nō solum in oculo, sed etiam in omni parte dolores necessario fiunt. Postea illarum dispositionum indicia contemplatus est, & postq; indicij credit, ausus est afferre remedia.

T E R T I O casum quendam refert adolescentuli quem balneauit. Alter enim medicus illi sanguinem secundo die detraxerat, & hoc non sine ratione: deinde suis medicamentis curauit, quae experientia nouerat, quando inflammatione sola oblidet oculos, hic uero dolebat in quibusdam insultibus, in quibus ipse aeger dicebat se persentire acutos humores, qui uniuersim desfluebant ad oculos, sed statim post eorum excritionē, doloris uehementia sedabatur. At dolor non cessabat penitus, & hoc illi accidit per quintam totam diem semper crescens, unde adolescentis dolorem ferre non potens Galenus uocauit, & aliū quēdam medicum ocularium in urbe Roma probatisimum, cui uidebatur emplastico collyrio, & anodino utendum, ex cerusa lota, amylo, & papa uere composito: nam ex hoc sperabat, per emplastica posse reprimi quod influebat, & per frigida posse sedari dolorem. Sed Galenus semper habuit haec medicamenta suscepcta: nam non reprimunt uehementes fluxiones, sed excerni prohibent, unde si fluentes humores acres extiterint, corneam erodi contingit: si multi, magis irritari, & uehementer extendi, ac stiruperentur, ex quibus nisi medicamentū sit uehementer stupefacies, ingentissimi dolores fiunt. Si uero medicamento adeo stupefaciente uitaris, ut oculi inflammationem non sentiant, opus est uim uisoriam simul offendit, nam cessante inflammatione, aut nihil uidebit, aut diminute, & praeuduram quandam dispositionem acquiret in oculorum tunicis, quae difficulter sanari possit. Haec noscēs Galenus, & simul noscens humorem in hoc adulescente multum esse, & ualde acrem, ac calidum: primo experiri uoluit fomento ex aqua calida: nam mollit dolorem, sed alteram fluctuē aduocat: discutit enim humorem in oculis existētem, & alterum aduocat propinquum. Sed cum Galenus spongiam & aquam afferri iussisset, aeger dixit se tota die id remedium expertum esse, quod primo dolorem minuebat, sed paulopost maiore reddebat. Tunc Galenus ocularium medicum dimisit, & promisit expectare, & aegrū absq; medicamento stupefaciente liberare, ususq; est solo balneo, & ita dolorem sedauit, ut per totam noctem dormiret aeger, & nullum ex absidentibus aduocaret. Tunc Galenus semper balneo usus est, quādo uidit humores acres ad oculos influere, & corpus non esse plenum, & omnes sanati sunt.

Quod legitur, & papauere. In Aldino contextu habetur μήκων, sed in nostro antiquo duæ sunt lectiones, prima dicit μήκων, id est, papauere, alia καρέα, id est, cūcūtrumque legi potest.

Quod etiam legitur, & simul sensum torpescere per infrigidantia sperabat. illa partula, per infrigidantia, legi debet, per stupefactia, nam Graece habetur in Aldino contextu ναρκωθεῖσθαι τὸν ἄμα τὸν ἀερόν τούτῳ ναρκώτικῳ, id est, & simul sensum torpescere per stupefactia sperabat: tamen in nostro antiquo cōtextu duæ sunt lectiones, una quae prima est, quam Leonicenus habebat, & legit τῷ έμψυκτῷ, alia, quam superius ex Aldino contextu retulimus, & quam magis probamus, ut potius legatur stupefactia, quamvis utrumq; dici possit.

Quod etiam legitur, Adeo quod cessante inflammatione, Graece est ὡς τε μετὰ τὸ πῦρ οὐδὲ τὸν ὄφθαλμον, id est, adeo ut cessante lippitudine, in aliquibus cōtextibus habetur, adeo ut cessante oculo: um inflammatione,

Quod

Quod etiam legitur, æger ipse expertum esse tota die idem remedium. hic deest partula, Sapius, nam Graece habetur ὁ τος ὁ οὐρανῷ ἐφη πεπειράσθαι πολλάκις ἡδη δὲ ὅλης ἡ μῆτρα θεοῦ μαρτυρεῖ. idest, æger ipse se dixit expertū esse tota die sèpius idem remediū.

Q U A R T O Galenus alium casum in alio adolescente describit, qui per multos dies in oculis inflammationem patiebatur, rura autem colebat, sed passione perseverante uenit ad urbem, oculos habebat squallidos, & uenas, quæ in oculis sunt, valde tumidas ac sanguine plena. Galenus hunc adolescentem lauari iussit, & uinum meracius bibere, & tradere se sopori. Somnus uehemēs inuisit ipsum, & mane sine dolore surrexit. propterea Galenus ex hoc signum accepit, quando uino in oculorum doloribus uti debeamus, quando scilicet sanguinis crassioris copia in oculorum uenis continetur, sine totius plenitudine, nam uinum in hoc casu sanguinem diffundit, & euacuat, & obstruções aperit.

Quod legitur, in toto corpore dispositione, uiñi potione, legi debet, uti uiñi potione, uelutendi uiñi potione: quoniam non esset conueniens sensus absq; particula uti, & in Graeco contextu habetur οίνος καὶ θύμος πόση.

Deniq; Galenus infert, hæc esse in oculorū doloribus fortia remedia, tamen fomentum summe laudat tanquam securissimum, & quod omnino utilitatem aliquam affert, uel tanquam signum, ut in primo casu superius citato, uel tāquam causa, quia resoluta, & oculos sanet, nam si nihil aliud in oculum transmittatur, fomentum id superfluum re soluit, quod præsens est, & sanitatem restituit. At si adhuc aliiquid influatur, tamen leua men aliquod affert, quamvis paulopost dolor augeatur, & tunc signum est dignosciturum. Tunc enim corpus plenum esse comprehendentes, ipsum euacuamus, si sit sanguis, ipse qui superabundet, per uenæ sectionem. At si sit humorum malitia quæ infestet, per purgationem, nec multum difficile est alterant ab altera distinguere.

Nota hic, quod à Leoniceno interpretatur. Ipso quidem sanguine redundante, Graece est μάγιστρος πλεύρας. Quod etiam Leonicenus uerit, sed malitia humorum infestante, Graece est ναρωχίας οὔτε.

B Albi ab alui profluvio maxime capiuntur.

F A C I L E est (illum qui caput natura humidum habuerit, & adeo humidum ut operationes impedianter) humidas illas materias ad uentriculum descendere, & à uentriculo per intestina proficiscentes alui profluuium inducere. Hoc balbis facile euenire potest, nam & ipsi caput humidum habent, & valde humidum, propterea affectionē istam potissimum incident, non tamen hoc dicit, quin etiam alias non incident, sed quia hæc facilius, nec etiam hoc dicit, quia absq; hoc morbo esse non possit.

[**Tραύλοι.** idest, balbi.] Homines multis de causis balbi fieri possunt, ut Galenus in commentatione docet. primo autem uidere oportet, quid sit esse balbum. Graeci in hac re uocabula magis propria habent, quam Latin. nam illos qui dictiones, quæ per t, & r. incipiunt, recte proferre non possunt, Traulos uocant, & eos qui non possunt recte proferre p, & s. pselizetas. Nos uero semper idem nomen habemus, & eodem utimur, siue sit unius litera error, uel alterius. Qui ergo literas aliquas recte non proferunt, balbi uocantur, quæcumq; sint illæ literæ propterea uocis uitium non est, sed dialecti, idest linguae, quando enim est uocis uitium, quia simul exhibetur, uel fiat aliquis strepitus, & literæ non mutentur, hi blefi dicuntur, quamvis & blefitas sit etiam dialecti uitium, non uocis, tamen nec Graeci omnibus his differentijs nomina habent. nempe aliqui sunt qui d. proferre non possunt, aliqui q. & u. per f. proferunt, alij r. ægre pronuntiant, præsertim si simpliciter proferatur. Alteri uero literæ si iungatur, egregie proferunt. alii qui aberrant in litera z. alij in alijs. Immo & uitia quedam gentibus quibusdam peculiaria inueniuntur, nam apud nos, Comaclenses loco huius literæ z. ponunt. cū enim NN proferre

proferre uolunt uenanzo, dicunt uenanzo, & brazzo, brasso. Non desunt, qui dictio-
nis principium bis ferue ingement, & qui finem ac si echo resonent. Alij integrum di-
ctionem bis repetunt, alij tarde incipiunt, cum uero incepint, subito perficiunt, alij è
contrario, Quorum differentias si quis scire cupiat, per seipsum inueniat. nam & Græ-
ci de his non multa scriptis dedere. Actius libro octauo capite trigesimo sexto de Ancy-
loglossis agit, inquiens, Aliquos fieri ex natuitate, alios ex aliqua affectione. Ex natui-
tate sunt, quum membranæ inferiores, quibus lingua innititur, duriores & mutilæ à na-
tura sunt productæ. ex affectione autem ancylosis & incuruatio linguae contingit, præ-
cedente ulcere, & cicatrice dura sub lingua relicta. Qui hoc modo affecti sunt, difficulter
loquuntur, Quare etiam Mogilali à Græcis sunt appellati. Qui uero ex natura an-
cyloglossi existunt, principio quidem tarde in sermonem prorumpunt: ubi uero loqui
ceperint, citra obſtaculum, & satis festinanter loquuntur. Impediuntur tamen in pro-
latione nominum aut uerborum, quorum alias difficilis pronuntiatione existit, uelut in
quibus R. aut L. aut C. literæ frequenter occurunt. Hæc Actius. Apud Philotheum
dialectus naturaliter fit, πότε φρονεῖν τῆς γλώσσης πρόστας τομές, καὶ συγχέων τὸ πο-
νοτρόφυς ψόπις. ἀλλως τὸ οὐκαιλαυρίνος, ὡς τὸ τὸ ἄνθη. τὸ γαρ οὐκαφόρος πινόνει, τὸ ἐκφόνη-
ση πισθεῖ τὸ διάλεκτον ἐρπλα. idest, Aliquando lingua ad incisorios dentes delata,
& firmata, utpote interiore existente, aliasq; ad superiora refracta; etenim differente mo-
tu pronuntiationem faciens dialectum perficit. Ex his igitur quomodo naturalis diale-
ctus fiat, docet Philotheus, at quomodo illa fiat, qua præter naturam est: consequentiis
bus uerbis ostendit, ιστορία δὲ τὸ δίνο γιγνονται πάθη ποδει τὸ φυτλον, τὸ κλαυχόν, καὶ τὸ βρα-
χύρον, ποδει δὲ τὸ διάλεκτον δίνο, τὸ φελόν, καὶ τὸ τραυλόν. ὁ τραυλισμὸς δὲ γινεται φύσιον βρα-
χυτροφον τὸ προσίνοντος γεγονοις τῆς γλώσσης, ὡς μὴ φθασσόν τολμῶν συγχέοντα πρός τὸ τὸ
καὶ ὅπερ απάνιον. φύσιον δὲ μαλακωτοφες, καὶ ἴχνοτροφας ψόπις, η πετραντον τὸ φυτλον
λαγ. τὸ γαρ πλήθει Βαρωμερίας οὐκινατον οὐκαιλαυρίνον. καὶ τὸν δραυλισμὸν γινεται,
ποδει δὲ καὶ διάλογος τὸ πτυκητά, idest, Sciendum uero quod duæ sunt, circa uocem pas-
siones, clangor & resonatio: circa dialectum, id est, literarum expressionem etiam duæ
pſelum & traulum, idest, balbuties. Traulismus autem fit, interdum lingua breuiore
nata, quam conueniat, utpote non bene perueniente ad priores & incisorios dentes,
quibus haeret ac firmetur, quod quidem rarum est. Interdum uero molliore & humi-
diore existete, uel per seipsum, uel per cerebrum: multitudine (scilicet humiditatis) enim
aggravante reflecti non potest, & hinc fit Traulismus, de quo & Hippocrati sermo est.
Multæ igitur sunt balbutiei cauæ, linguae breuitas, quod rarissimum est, ut Galenus
in commentatione dicit, & Philotheus etiam refert: quandoq; est ex siccitate, non po-
test esse in uno tanta siccitas, ut ob eam balbuties naturalis serueretur. Tamen Aristote-
les istos melancholicos facere uidetur nonna Problematum particula, problemate trige-
simooctauo, & consequenter siccis, nempe petit quam ob causam quia lingua hælitant,
melancholico habitu constant. Respondet, An quod propere sequi imaginationem,
non nisi esse melancholicum est, hælitantes autem illi tales proculdubio sunt, impetus
nanque dicendi præruit, anteceditq; facultatem eorum, utpote cum animus uisa sequar-
tur. Balbis etiam idem accidit, hos etenim omnes membra uoci accommodata tardio-
ra habere certum est. Indicium uero quod tales uiolenti redduntur, cum suas maxi-
me imaginations, non rationem sequuptur. Aristoteles ergo balbos potius siccis fa-
cere uidetur, quam humidos; attamen rarissimum est, quod ex siccitate balbi homines
fiant; eti si fiant, perseverare non possunt, ut Galenus in commentatio testatur. Et re-
uera si Aristotelis problema quotidiana experientia comparabimus, falsum esse depre-
hendemus. nempe in dies balbos uidemus, qui atra bile non abundant. Putamus igit-
ur, de his solum balbis Aristotalem mentionem fecisse, qui ex imaginatione sunt ta-
les, quoniam ea cito uerbis expedire tentant, quæ imaginantur, itaque impediuntur,
& balbi sunt. Alia balbutiei causa est, naturalis capitum humiditas, quæ linguae neruos
impler. & hoc non solum pueris contingit, sed etiam adultis, immo aliqui quandoque
balbutire incipiunt, qui prius non balbutiebant. Illustrissimus Dux noster cum puer-
et, non impediebat in sermone, uir factus, ob capitum humiditatem impediatur,
nunc ferè nihil impeditur. & hoc in dies obseruamus, si aeris constitutio siccata sit, nihil
impeditur

impeditur. Si humida, parumper. At futurū speramus ut nihil deinceps impeditur. Id tamen impedimentum non est uera balbuties, sed potius difficultas quædam in prolatis initio, prima uero dictione prolata, alias fœliciter prosequitur, ex capitū humidiitate hoc sit, lingua tenuis impedit.

πότε στρέφοις μάλιστε ἀλιστοντας μακρῆς. idest, Ab aliū longo profluuiō maxime capiuntur.] In Leonicenī interpretatione librarius hanc particulam longo, præterit, humiditas illa quæ in capite est, ad uentriculum transmittitur, & à uentriculo ad intestinā, itaque aliū profluuium consequi necessarium est. At quia cerebrum frigidum, materiæ quæ ad ipsum deuenient, non coquuntur, sed absq; intermissione ad uentriculum transmittuntur, si hanc uiam cœperint: & quia istud in cerebro perseverat, transmissio etiam ad uentriculum perseverabit, & ex consequenti ad intestinā. Scito tamen, profluuiā potissimum fieri, si materia salsuginea sit, nam falsedo illa intestinā ad expellendum excitat atque proritat, hocq; profluuium à recentibus capitale nuncupatur, quoniam à capite defluat. Eandem causam Philotheus assignauit inquiens, τὸ γέροντος εὐκράτειαν γλωτταν ὑγραίνονται, οὐ δέ τοι τρωλισμὸς γίνεται, βούματικονται εἰς τὴν γαστραν, οὐ χορτάσσεται επετει, καὶ τῆς γλωττὸς διυχροτρόπης φύσει, καὶ τὴν ποιλίαν εὐθέτως ἔνειν τοιδιτῶν ὡς αὖ θετέος τῷ χιτώνῳ αὐτοῖς, ποινὴ πρὸς τὴν γλωτταν ὑπάρχειται. οὐδὲ εἰκάσιον πάθει οὐ πολυγόνονται στρέφονται, idest, Cerebro enim linguam humectante, ex qua Traulismus, idest, balbuties sit, destillante in uentre, longum sequitur profluuium, & cum lingua humida natura sit, uentriculum similem esse conuenit: quoniam altera tunicarum ipsius ad linguam communis est, quibus & propria passio longum profluuium. At usus est hac particula, Maxime, quoniam & alias affectiones patiuntur, sed hanc potissimum incidunt, quando ex nimia cerebri humiditate balbuties sequitur. Tamen cum nos infinitos ferē balbos uiderimus, qui non modo non sunt capti longo aliū profluui, sed nunquam profluuium perpesi sunt, propterea nobis in mentem uenit, hunc esse Hippocratis sensum, non quidem balbos profluui aliū maxime capi; sed si capiantur, longo profluui potissimum capiuntur: tamen capi necessarium non est, cum uero capiuntur, id profluuium maxime diutinum est.

G A L E N V S

SI C V T I pseleisethæ, idest, balbutire lingua uitium est non uocis, sic & traulizin, eiusdem uerbum significationis, in sermone Græcorum non potente lingua exquisite eas dearticulare uoces quæ per t. & r. proferuntur, qualis est hæc ipsa traulus, & hæc alia similes, trechi, tribi, trachy, trocos, tripheros, & quecumq; alia tales. Hæc si quidem omnes exigunt linguam se ampliantem, ac prioribus dentibus innitentem. Quando igitur in quibusdam fuerit imbecillior, peius firmatur, & sonum t. & r. nequit dearticulare, sed ad t. & l. facile labitur. Hoc autem & ei potest accidere quoniam sit breuior, quam ipsi conueniat, quod rarissimum existit. Sed & quia molliorem, atq; humidiorē habet temperaturam, quam ob causam & pueri, balbutiunt cum tale ipfis contingat, quale etiam in ambulatione: nam & hanc nonnulli eorum neque omnino habent, nonnulli uero non sufficienter, cum crura nequeant in eis propter mollietatem firmiter stabiliri. Quibusdam uero eorum etiam ætate integra, cum in loquendo laborierint, balbutire contingit, sicuti & illis qui plurimum tibia cecinerint, & quibus uires ex morbo sunt debilitate, sicuti & quibusdam quibus lingua est uehementer exsiccata. Verum siccitas tanta nulli insit potest qui habitum seruet naturalem, atque ideo solius humiditatis immodecat est casus in his qui natura balbutiunt id linguæ detrimen- tum, cum eius musculi nequeant firmiter stabiliri, quod eis potest accidere, uel propter suam, uel propter neruorum imbecillitatē, quos uidelicet à cerebro suscipit. Quare & ebrij aliquando balbutiūt, tum quia multa humiditate perfunditur cerebrum, tum quia etiam ab ipsius multitudine pergrauiatur. Continget igitur his qui sunt balbi natura alterum horum, aut cerebrum habere humidum, uel linguam, uel utrumque. Et cerebro quidem talem sortito temperaturam defluere ab eo multas par est humidas superfluitates, atque inde fluentes in uentre suscipi. Vnde & longis profluuijs homo capitur. Lingua uero admodum humida ex natura existente, & uentriculum talem esse par-

est, ut qui alteram sui tunicam communem habeat ad linguam, imbecillis autem ex humiditate uentriculi propria passio est diurnum profluuium.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet sicuti φελίζεσθαι, id est, balbutire, est dialecti, id est, linguae uitium, & non uocis, ita & πρωλίζειν est dialecti uitium, & non uocis, quando quis dictiones illas proferre non potest, que incipiunt per t. & r. ut trachy, trechi, & similes alias, nam ad has proferendas linguam seipsum ampliare opus est, & gelasini dentibus inniti. At si in aliquibus imbecillior sit, peius firmatur, & sonum qui fit a t. & r. dearticulare non potest, sed ita proferunt ac si t. & r. proferre uideantur. Sed audi & Aristotelem in secundo De partibus animalium, de hac re ita dicentem, ἡ μὲν οὖσα πρωλότης, τῷ γράμματος πνος μη κρατεῖν, καὶ τὸ πόστον τοῦ τυχόν. οὐ δὲ φελότης τῷ δέ αἴρειν τι, οὐ γράμμα, οὐ συλλαβή, οὐ δὲ ἰχνοφωνία ἀπὸ τοῦ μὴ σιλαδητα ταχὺ συνάγει τὸν ἐπόρου συλλαβήν πρὸς τὴν ἐπόραν.

Quod legitur, & sonum t. & r. Graece est φθόγγον, quod quidem nomen sonum significat, sed talem qui dearticulationem habeat.

Quod etiam legitur, facile labitur, Graece est μεταπίπτειν.

S E C U N D O docet, hoc etiam contingere posse, quia lingua suapte natura adeo breuis sit ut dentes attingere non possit, quod tamen rarissimum esse testatur.

T E R T I O docet, Idem contingere posse, quando is qui patitur, molliorem & humidiorem temperaturam habuerit, unde & pueri balbutiūt, quia humili & molles. Idem præterea ipsi in ambulatione contingit; nam ob molliitem crura firmiter stare non possunt, propterea ferè vacillare uidentur, atq; balbutire.

Q U A R T O docet, Id non solum pueris contingere, sed etiam ætate proœctioribus, atque integris, ut quandoque dum laborauerint, balbutiant; sicuti illis usu uenisse comperit est, qui diu tibiam inflarunt, & illis quibus ob morbum uires imbecilles reditura sunt.

Q V I N T O, Idem euenire docet nonnullis, quibus lingua uehementer exsiccata est, addit tamen in aliquo tantam siccitatem esse non posse, ut naturalem balbutiem servet, id est, ut diu seruet.

S E X T O infert, hoc esse solius humiditatis symptoma, quoniam linguae musculi firmiter stabiliri non possunt: id est contingit uel ob ipsorum musculorum, uel ob neruorum imbecillitatem, quos neruos à cerebro suscipit. unde experientia uidemus, ebrios aliquando balbutire, quia cerebrum multa humiditate perfunditur, & etiam ab ipsius multitudine prægrauatur.

Quod legitur, Quod ei potest accidere, Graece est τῶν δὲ αὐτοῖς, id est, Quod eiusnam si legamus ei, ad musculos referri non potest.

S E P T I M O iterum infert, horum trium alterum his contingere qui balbi sunt, nam uel cerebrum humidum habent, uel linguam, uel utruncq;.

Denique Aphorismi rationem concludit, que est, Si cerebrum talen temperaturam nascit, ab eo multas humidas superfluitates desfluunt, que in uentrem suscipiuntur, & hinc homo diurnis profluuijs capitur. Si uero lingua humida sit, uentriculus etiam humidum esse necesse est, quoniam & una eius tunica ad uentriculum communicatur. At cum uentriculus ex humiditate imbecillis fuerit, eius propria passio est diurnum profluuium, unde uel sit ex cerebri, uel ex linguae, uel ex utriusque humiditate, necesse est diurna profluua consequi.

APHORISMVS XXXIV

Q Vi acidum eructant, non ualde morbo lateralí corripiuntur.

BRASAVOLVS

L A T E R A L E M morbum ex omni humorum genere fieri posse nihil impedit, tandem ex

men ex calidis humoribus frequentius, ex frigidis rarissime fieri contingit. Qui acidum ructum eructant, raro lateralī morbo corripiuntur, quoniam hic ructus acidus ex frigida materia sit, ex qua lateralī morbus raro contingit, propterea simpliciter dicere convenit, qui ructus acidos frequenter habuerint, lateralī morbo non multum capi, Philotheo etiam dicente, οὐ δέ γε γυμνά γίνεται, οὐ δέ τύποις πολλα τῶν γαστρά, οὐ δέ φλεγματικοῖς χυμοῖς ὡς τῷ τῷ κυτεῖς γαστρός πλεονάζονται, idest. A cida eructatio fit, uel ob frigiditatem circa uentrem existentem, uel ob pituitosum humorem, ipsam uentris cauitatem implentem. Postea sequitur non fieri lateralem morbum ex hoc humore, ex quo fit acidus ructus, quoniam οὐ πλεονεκτοὶ διάθεσις ἀποτελεῖται, τὸν τοιούτον, οὐδὲ φλεγματικοῖς χυμοῖς, οὐδὲ τῷ τῷ ἐπηγόριον παράτητος, οὐ πάντων, idest, affectio lateralis exflua bile fit, ueruntamen raro & ex pituitoso humore, & ob hoc dixit Hippocrates, non frequenter.

οὐ δέ γε γυμνάδεις, idest, Qui acidum eructant.] idest, Quibus ructus quos edunt, acidum saporem referunt, ac si acetum uideatur, & hoc non semel sit, sed frequenter, & ut plurimum, nempe si ructus acidus raro fieret, hic aphorismus uerus non esset, quoniam eo solum tempore in uentriculo humores acidos haberent, in reliquo autem tempore non haberent.

οὐ πάντων πλεονεκτοὶ γίνονται, idest, non ualde lateralī morbo corripiuntur.] sed raro, quia lateralī morbus ut plurimum ex bile fit, tamen quandoque contingit, sed raro, lateralī morbus ex pituita fieri, & hi tardius sanantur: & cum sanī sunt, ex facili causa in eodem loco qui prius male affectus erat, dolorem sentiunt. Illustrissimum Alphonsum Ducem Ferrariae tertium curauimus, qui lateralī morbo ex pituita correptus, spatio triginta quatuor dierum in sanitatem restitutus est. Sed deinceps quoad fuperuixit, in eodem loco ex minima occasione dolorem sentiebat. Scitoq; hic intelligentem esse, eructationem acidam non esse, ob acidos cibos ingestos, sed potius ob uentri culifrigiditatem, uel ob acidam pituitam, qua in illo contineatur.

G A L E N V S .

ACIDVM eructantes, hoc est acidum ructum habentes, raro inquit capi à morbo lateralī. Nam quod dicitur, non ualde, idem ostendit quod raro, nō nullo modo, ut quidam libri expositores scriperunt. Dicatum autem à nobis est ubi de morbo lateralī sermonem habuimus, quod hic quidem una cum flauis, ac ruffis fit sputis ex biliosis humoribus ortum habens. Hic uero cum spumeis ex pituitosis, sicuti qui cum nigris fit sputis, ex melācholīcis, qui uero cum rubeis ex ipso sanguine. Est enim hic morbus, inflammatio membranæ, quæ subcingens nominatur, adueniens. Cum uero unaquæque inflammatio ex aliquiis humoris fiat superabundantia, secundum eius naturam, et spumatis species morbo lateralī laborantibus aduenit, & spes salutis, ac mortis habetur. Non aquæ autē membranæ, ac pulmo sunt natura aptæ humores suscipere, densa siquidem est membranarum substantia, pulmo uero parte in omnī rarus, ac latus. Quare huic quidem promptū est omnes suscipere humores. Membranæ autem subcingenti plus biliosos. Ob hanc igitur causam quibus pituita natura superabundat, raro à morbo lateralī corripiuntur, præsertim si saltedinem, atq; acritudinem aliquam sibi adiunxerit. Tali enim intestina mordens iritat ad diectionem in qua contingit non solam pituitam, sed plures alias etiam superfluitates excerni. Dicebat uero ipse in libro de aere, & aqua, & locis, eos qui habent uentrem natura humidum minime morbo lateralī, atque alijs morborum generibus corripi.

B R A S A V O L V S

PRIMO Galenus docet, ab Hippocrate dici, eos qui ructum acidum habent, raro à morbo lateralī capi, quoniam particula illa, non ualde, idem significat, quod raro, & non, ut aliqui interpres exponunt, qui legunt, nunquam.

SECUNDO docet, ex sputis, lateralī morbi species distinguere, cum enim sputa flava sunt, atq; ruffa, hic morbus ex biliosis humoribus ortum habet; si spumea sint, ex pituitosis; si nigra, ex melācholico; si rubra, ex sanguine.

TERTIO dicit, lateralē morbi esse membranæ inflammationē, quæ costas subcīngit: Ex quo habetur, Galenū de periculosisimo, & exquisito lateralī morbo uerba facere.

QUARTO ea quæ dicta sunt, ad propositum applicat. nam cum omnis inflammatio ex aliquius humoris superabundâtiâ fiat, secundum humoris naturam qui morbum facit, spuma erunt, & ex sputis spes salutis & mortis accipitur.

QVINTO docet, pulmonem & membranas in humorum susceptione differre. nam membranæ substantiam densam habent, pulmo autem rarus est, & in omni parte laxus: propterea pulmo omnes humores suscipere aptus est. Membrana autem naturâ habet ad humores biliosos suscipiendo solum aptam. nam hi humores calidi sunt, & acuti, & facile omnem partem permeantes.

SEXTO Galenus infert, eos qui abundant pituita, raro à morbo laterali corripí, nempe in membranas facile penetrare non potest, & hoc præsertim si falsidinem, aut a credinem aliquam iunctam habuerit: & alium quendam modum docet quem hæc materia facit. nam ad intestina profecta deiectionem iritat, unde non solum pituita, sed & multæ aliae deiectiones exēt, itaq; ex his materiebus, potius fiunt aliui profluvia, quarum morbi laterales. Igitur secundum Galenum Aphorismus hoc modo ampliandus est, ut non solum qui acidum eruant raro lateralem morbum incidant, sed etiam qui acre eruant atq; falso, raro hunc morbum incidere possunt, ut in summa omne pituita genus homines ad morbum lateralem ineptiores reddat.

Deniq; ad prædictorum corroborationem Hippocratem adducit in libro De aere, aquis, & locis, dicentes eos qui uentre habent natura humidum, laterali morbo non capi, neq; alijs morborum generibus. At si tu hunc locum inuenire uolueris, in præcita to libro non inuenies, sed in libro De capitis uulnibus inuenitur. Ex quo facile depræhendi potest, illa quæ in libro De capitis uulnibus scripta sunt, ad librum De aere, aquis, & locis pertinere, suisseq; ab aliquo prauo scriptore transposita.

A P H O R I S M U S XXXIIII

Qvicunq; calui sunt, his magnæ uarices non fiunt: quibus uero caluis uarices magnæ superueniunt, hi rursus capillati fiunt.

B R A S A V O L V S

DE caluitio plura à nobis dicta sunt decimoctauo huius libri Aphorismo. Nunc illud addemus, hoc uocabulum Caluum non solum illum significare, cui defunt capilli, & uero caluitio præditus sit, immo & is ab antiquis caluus dicebatur, cui capilli profluunt. Hippocrates in hoc loco de uero caluitio uerba non facit, sed de capillorum profluvio, nam ijs capilli non profluit, qui semel calui effecti sunt. nempe ex priuatione in habitum non fit regressio. Philotheus eandem sententiam sequitur inquietus, φαλακροὶ λέγει τῶι, δὲ τὸς κυνίως, ἀλλὰ τὸς δῆμος τοῦτο ἐκπλάσιη τριχῶν ὑποσύντατος, οἷος τὸς δῆμος πεπικιαν, οὐ δριαστικός. δηποτὲ δὲ τοῦτο τὸ πίθην, δῆμος μοχθερῶν χυμῶν πολιορκούσας τοὺς ἄνθρωποὺς τὴν κεφαλὴν, οὐ τὴν ποιοτητὴν ἐκτίμενος τὸς τρίχας, καὶ τῶι ταῖς ποιεσθαι. idest, Nunc caluos dicit, non eos qui proprie calui sunt, sed eos qui ob morbum, capillorum causam patiuntur, ut eos qui ob alopeciam, uel ophiasim. Hi uero has passiones habent ob analorum humorum abundantiam, superiores capitum partes implentem, qui qualitate sua capillos incident, & hæc faciunt. Sensus igitur Hippocratis hic est, Quibus capilli defluunt, ijs non fiunt magnæ uarices, nam materia illa atrabilaria & acuta quæ uarices aciebat, in capite uertitur, & capillorum radices incidunt, atq; exurit, & deinceps ad crura non proficiscitur. At si contigerit hominem cui defluunt capilli, magnas uarices incidere, hic iterum capillatus fit, quoniam illæ materie, quæ capillorum radices corrodebant, ad crura descendunt, & caput liberum dimittunt, unde capilli non impediti, iterum sua sponte nascentur.

οὐσίοις φαλακροῖ, idest, Quicunq; calui sunt.] non quidem uero caluitio, sed quicunq; capillorum profluuium, & magnum quidem illud habet, ut calui nominari possint, immo uere calui efficiantur, nisi quandoq; uarices superuenerint.

Τεττοῖοι καὶ οἱ μεγάλοι δὲ γίνονται, idest, Iis magnæ uarices non fiunt.] idest, crurum uenæ

uenae uehementer non intumescunt, tamen mediocres fieri possunt, si materia pro parte in illis crurum uenis sit, & pro parte in capite. Opusq; est intelligere, quod his medicis atrabiliarium materierum copiam in corpore habeat, nam si magnam copiam haberet, nihil impediret, notabilem capiti partem dari, & magnam copiam cruribus etiam relinquere.

οὐδέν τε ἀπό φαλακροῖς καρποῖς ἀνθρώποις. idest, Quibus uero caluis uarices supereruerint.] Leonicenus in suo contextu habebat, magna, quod in grecis codicibus, quos habeo, non inueni, tamen subintelligere oportet, si qui sint, quibus capilli defluant, & uarices magna superueniant, quae uel prius defecerant, uel non aderant, nuncq; de nouo fiant.

βάλη ράσι γίρον τα θαρρεῖστα. idest, Ii rursus capillati fiunt.] Quoniam materia illa corrosiva, quæ hoc profluuium faciebat, diuertitur. Philotheo etiam dicente, πάλιν τριχωπούς οὐδὲ τὸ ἀπταλαγώνας οὐκ οὐρανοχώρας τὰ πόδε τῶν κεφαλῶν, καὶ μετεπέλων τὰ τὸν ὄλων κέρατα. idest, Rursus capillati fiunt, quoniam ab humorum malitia, quæ circa caput est, liberi fiunt, & materia deorsum transmutatur.

G A L E N V S

QUANDO in uiri sapientis libro sermo inuenitur aliquis manifestum habens mendacium, non sine ratione legentes cōtingit dubitare, & primum quidem sibi ipsis disdidiere, quasi neq; illa quæ sint manifesta noscētibus, deinde suspicari ne quod falsum fuerit interiectum. Quis enim nesciat caluicium esse passionem insanabilem? Sed neq; uerum quod magnæ uarices caluīs nunquam adueniant, sicuti neq; quod uaricibus aduenientibus caluicies cesseret, nisi forte, ut nonnulli inquiunt, uocatum à medicis capillorum defluuium caluicium nominet. Illud enim cum à uitiosis humoribus, si cuius quæ Ophiasis, & alopecia, passiones capillorum nominantur à græcis, generetur, cum hædem humores ad crura decumbunt, possunt uarices facere, & capillos testituere. Si enim prius à uitiosis humoribus corruptis eorum radicibus corrumphi contigerat, nunc fit uerisimile, ut eisdem humoribus alio transpositis ad primam naturam capilli redeant.

B R A S A V O L V S.

EX V E R B I S, quæ hic à Galeno scripta sunt, colligi facile potest, Galenum non solum fuisse probum philosophum, & medicum: sed etiam in moribus fuisse probatum. nempe in hac commentatione morale quoddam documentum lectoribus præstat, quando scilicet in alciuī sapientis uiri libro mendacium inuenierimus, quod palam uideatur, non debemus temere tamē uirum uirum reprehendere, sed primo dubitare, an recte intelligamus: deinde suspicari, ne id falsum interiectum fuerit, & ab authore non scriptum.

SECUNDO docet, nullum dubitare caluitum esse passionem insanabilem, & præterea hoc falsum esse, quod magnæ uarices nunquam superueniant caluīs, id est falsum esse, quod uaricibus aduenientibus caluitum cesseret.

TERTIO Galenus Aphorismum in rectum sensum ducit, inquiens, nisi quis intelligat per caluitum id quod nonnulli faciunt, scilicet capillorum profluuium, nempe hoc profluuium à uitiosis humoribus fit, sicuti etiam ophiasis, & alopecia: qui humores si ad crura decumbant, uarices facere possunt, & capilli restituentur. nam si prius capilli profluebant, ob humores quosdam corruptos, eorum radices corrodentes, conueniens est humoribus ad crura transpositis, capillos in pristinam materiam transire.

Quod legitur, capillorum defluuium caluitum nominet, græce est, μαθάξων όνομα, οφαλάξων, utrumq; nomen caluitum significare uidetur, tamen opus est μαθάξων pro capillorum casu intelligere, & non pro uero caluitio.

APHORISMVS XXXV

Aqua inter cutem laborantibus, tussis superueniens malum.

NN 4 Brasauolus

DIFFICILLIMA est, & ferè curatu impossibilis aqua intercus. Superueniente tufse quæ ratione aquæ intercutis excitetur, significat aqua adeo creuisse, ut penè pati- entem suffocet. propterea & malum & letale est. è contrario si ob destillationem à ca- pite superueniat tussis, quoniam is per solem, uel per pluuiam ambulauerit, malum non significatur, nisi ea ratione qua tusem pati malum est: uerum cum aqua adeo cre- scit, ut septum trânsuersum comprimere incipiat, & (Galen dicente)asperam arteriam, hic iam suffocatur. Nosq; frequentissime uidimus, aquam intercutem patientes, cum ad tussim peruenere, breui obijisse.

Tοισιν δε παρηγόριοι, idest, Aqua intercute laboratis.] De omni specie intelligi pos- set, tamen potissimum uterus est in ascite.

Bρέφες τυποπολιν πανώγιον, idest, Tussis superueniens malum.] Quæ, scilicet ex uero morbi sa- cta sit, nam cum Hippocrates dicit passionem passioni superuenire, intelligit passionem secundam ratione primæ superuenire.

Antiqua translatio particulam quandam habet, quæ in græcis codicibus communi- ter non inuenitur, nec Galenus in suo contextu illam habebat. est autem hæc, præxi- stens uero sine malo. Græcus uero Hagonensis contextus hanc particulam habet, tamen non dicit, sine malo, immo dicit bonum, inquit, οὐδὲ πάγκρατις, ἀγαθός. idest, Tussis uero prius facta, bonum: quod absurdum uidetur, nam tussim habere bonum non est, uel prius sit, uel posterius aqua intercute. tamen minus malum est, si ab alia causa super- uenerit, quam ab ipsa aqua intercute, propterea hanc particulam delendam esse puta- mus, & obelo confodiendam. Quamvis & Philotheus in suo contextu illam habuerit, atq; interpretetur, dicit enim, παταχεῖς μὴ τοῦ θεραπεύοντος, οὐδὲ γραμμήν, καὶ μέγα φαῦλον, διὸ τοῦτο εἰς ποστόν πα- σχειν απόλυτον οὐ πάσχειν, οὐ πάλιν τὴν πραχεῖαν αργεῖται παταχεῖν, διὸ βρέφες τοῦ παταχείου πανταχού παταχεῖται, οὐ πανταχού παταχεῖται, διὸ τὸν απαντόντον πα- σχεῖν διαβούλων οὐ βρέφειται. idest, Ab initio quidem aquam intercute patiētibus tussi- sis accedens nihil malum facit, quoniam est partua affectio. posterius uero superueniens, magnum malum est, nempe ostendit humiditatis multitudinem in tantum creuisse ut iam & asperam arteriam inuadat, uel apprehendat, unde tussis, & periculum ne homo suffocetur: uel multorum spirituum abundantiam significat, ex quibus spiritualibus partibus compressis tussis fit. Putamus nos particulam illam, tanquam glossema addi- tam esse, & ab Hippocrate non positam, quoniam & Celsus capite octauo secundi libri de aqua intercute differens inquit: æque in ea quoq; tussis spem tollit.

G A L E N V S

SUPERVENIRE passionibus alias passiones, & casus, prisci medici dicere consue- fuerunt quæcumq; ipsius passionis aduentatione contingere consueverunt. Talis enim est Praxagoræ liber de superuenientibus inscriptus. Sic autem & nunc de tussi di- cendum est. Neq; enim cum ex alia sit occasione in homine aquam intercute patiente tussis signum est exitiale, sed quando ipsius morbi ratione. Cum enim in passione tali & quæsa humiditas tantum aduentitia fuerit, ut iam asperas occupet arterias, deinde superue- nit tussis, periculum imminet ne homo haud ita multo post stranguletur.

B R A S A V O L V S

PRIMO Galenus docet, Antiquorum morem esse, cum dicunt passiones passionibus superuenire, de passionibus illud intelligere, quæ ratione illarum auctiarum super- ueniunt, unde & Praxagoras librum fecit, quem de superuenientibus inscripsit.

SECONDО docet hic, Idem intelligendum esse de tussi, quæ aqua intercute patienti, ratione aquæ intercute superueniat, nam tunc signum exitiale est. etenim si ratio- ne aquæ intercutis non superueniret, exitiale signum non esset.

TERTIO cur exitiale signum sit, quando ex ascite prouenit, causam assignat, quo- niam inquit significatur tantam humiditatem auctiam esse, ut asperas arterias iam oœcu- pet, ex quo sit tussis; & periculum est, ne homo breui stranguletur.

Aphor

APHORISMVS XXXVI

Dificultatem urinæ uena secta iuuat, secare uero interiores.

BRASAVOLVS

NON P A V C A sunt præsidia urinæ difficultatem iuuant, & ipsa urinæ difficultas à multis fit causis, propterea non omnem urinæ difficultatem uena secta iuuat, sed illam solum, quæ ex inflammatione in urinaria fistula, aut in propinquis partibus fit. Tuq[ue] eo calu interiores uenas secare debes non exteriores, quoniam operatio magis directe procedit.

Aνοσελω. idest, Urinæ difficultatem.] De qua in tertio libro ubertim egimus, & eius causas assignauimus. In præsentiarum uero illam urinæ difficultatē intelligere oportet, quæ ex multitudine fit inflammationem faciente, ut Galenus in septimo libro docebit aphorismo quadragessimum, qui aphorismus magis amplius est, quam iste. nam dicit, urinæ stillicidium & mingendi difficultatem uini potio, & uenæ sectio soluit, incidere autem interiores.

Θλετομηγ λέτε. idest, Vena sectio soluit.] Quoniam illa materia illa eti cuatur quæ in inflammationem currit, & quæ ipsam facit. Tamen sunt alia plura præsidia, sed & hoc unum est: unde Galenus iubet addendum esse coniunctionem, & ut legatur, & uenæ sectio soluit, ac si etiam alia sint, quæ præter uenæ sectionem soluere apta sint. Sed hanc difficultatem ex inflammatione factam, potissimum soluit uenæ sectio, Philo theo etiam dicente, uenæ sectio θλετομηγ λέτε τιθη στολε φλεγμονω, καντριθη ἀπαλλάξαι, μετροφλεγμονής ἀπαλλάξαι την θλετομηγ. τέτο δέ στολε φλεγμονη την κύτως, η πασμός στολε φλεγμονη την ποδοφλεγμονης, η στολε φλεγμονη λίθος υδατα μως λέτε. idest, urinæ difficultatem per inflammationem factam soluit, & hinc ab inflammatione liberatus, liberatur & ab urinæ difficultate. Illas autem per uescicæ imbecillitatem, uel per dispositionem conuulsuam circumstringentis musculi, uel ob lapidis obstructionem, nequaquam soluit.

Τιμητης δέ τέτο εστω. idest, Secare uero interiores.] Scilicet uenas interiores genu, uel tali. nam (ut Galenus etiam in commentatione dicit) quando affectiones supra iecur fuerint, Hippocrates sanguinem ex brachio mittere consuevit: cum uero sub iecore fuerint, uenas inferiores secat, idest, illas quæ in genu, uel in tali sunt. Inter has autem inferiores aliquæ intrinsecæ sunt, aliæ extrinsecæ. ueruntamē utraq[ue] ab una nascuntur, quæ una in multis partes dissecatur. neinpe in poplite quandoq[ue] est bifurcatio in duas uenas, quandoq[ue] in tres satis amplias. Galeno uidetur nihil referre si dicamus interiores: tamen nobis uidetur aliquid, quoniam interiores uenæ sunt magis directæ ad locum patientem, quam exteriores. Antiquus contextus non legit, secare uero interiores, sed hoc modo, secare autem uenam quæ intus in tali est, quod in nullo græco contextu inueni relicut, ut scilicet talum specificet. Hagonensis tamen contextus ita habet, *τιμητης δέ τέτο φλεγμη.* idest secare uero uenam quæ interior est. Immo & Philotheus eodem modo legit, & intelligit sectionem in tali. inquit enim φλεγμηνην θλετομηγ λέτε φλεγμονην. idest, sectionem uenæ hic abusivæ tali sectionem significat. Nos uero intelligere nescimus quomodo talus incidentus sit nisi uenam intellexerimus, quæ in tali est. Cur autem Hippocrates addiderit interiores, idem Philotheus rationē assignat inquiens, εστω δέ φλεγμη τέτο εστω κατ' θλετομηγ λέτε φλεγμη. idest, Interiorem autem uenam, illam intelligit, quæ est per rectitudinem renum.

GALenus

HIC sermo uerus nō est nisi, & coniunctionem assumpserit, ita ut aphorismus talis fiat: Dificultatem urinæ, & uenæ sectio soluit. Re uera enim & uenæ sectio soluit difficultatem urinæ, illam uidelicet, quæ propter inflammationem, & multitudinem fit. Quod autem dicitur: secare uero interiores: si de uenis manuum dicitur, caret ueritate, negl confessum Hippocrati. Videtur si quidem in omnibus libris suis in partibus quæ supra hepatis sunt ex manibus sanguinem mittere. In inferioribus uero eas

que in

que in genu, uel talo sunt, secari iubet. Si uero de his ipsis ipsum dixisse arbitretur, Secare autem interiores, hoc dictum paruam vim habet. Ab una enim ambae nascuntur, cum ea que in genu est trifariam diuidatur, quoniam & una uena ad hoc peruenit membrum, non sicut ad manum duæ. Melius itaque sit & hunc aphorismum unum ex adiectis opinari.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, huic aphorismo addenda esse coniunctionem, & ut dicimus, & uena secta iuuat. aliter hic aphorismus absurdus esset, nam & multa alia urinæ difficultatem soluunt. At re uera, uenæ sectio illam urinæ difficultatem soluit, quæ ob inflammationem, & ob multitudinem fit. Huius cōmentationis principiū in nostro antiquo contextu ita ad uerbum legitur, ut à Leoniceno interpretetur est, scilicet ὅτε ὁ λόγος τὸν ψηφισμόν. in Aldino autem contextu habetur τὸν ψηφισμόν. idest, Nec⁹ hic sermo fanus est. nosc⁹ hanc lectionem magis probamus. nam cum in aphorismo trigesimo quarto dixisset, illum aphorismum nō esse uerum, hic quoque dicit, nec⁹ hic sermo est uerus, ac si cum illo continuationem fecerit.

SECVND O illos reprehendit, qui per separe interiores, uenarum manus sectionem intelligunt, nam Hippocrates in omnibus suis libris, in partibus quæ sunt supra iecur, ex manibus sanguinem mittit: in partibus uero que sunt sub iecore, iubet sectionem fieri in uena genu, uel tali.

Quod legitur, Nec⁹ confessum Hippocrati est, græce est ὅτε ὁ μαλαγάσθενος οὐ παρέχεται! idest, Nec⁹ consentiens Hippocrati, uel consentaneum.

Quod etiam legitur, Quæ in genu, uel talo sunt, græce est ηπιγνώσκειν, idest sub genu, uel tali.

TERTIO docet, etiam si intelleximus per inferiores uenas, genu, uel talis uenas, hoc erit dictum, quod uim paruam habebit. quoniam ambæ uenæ ab una nascuntur, ea etenim quæ in genu est, in tres partes diuiditur, tamen quandoque solum in duas diffiscatur: quoniam & una uena ad hoc membrum peruenit, & non duæ, sicut duæ ad manum ueniunt. propter hoc Galenus suadet, & hunc aphorismum ex his esse, qui non sunt ab Hippocrate conscripti, sed adiectum esse.

Quod legitur, Si uero de his ipsis ipsum dixisse arbitretur. hic deest particula quis, nam græcus contextus habet, εἰ δὲ πολὺ τόπος αὐτῷ εἰγένεται τοις θεραπεύεσσι. idest, Si uero de his ipsis ipsum quis dixisse suspicetur.

APHORISMVS XXXVII

AB angina habitu, si tumor fiat in collo, bonum.

BRASAVOLVS.

HOC EST uniuersale theorema, quod lectorem, si attente experiatur, nunquam fallere potest, affectionem de nobili parte ad dignobilem conuerti, de intrinseca ad extrinsecam conuerti, semper bonum est. Cum Angina affectio sit, quæ intrinsecas fauces occupat, periculosa est, nempe intus latet. At si in collo tumor extra apparuerit, diffidere non debemus, quia quod erat in periculo loco ad tutiorem conuertitur.

Ἄνθρωπος ἔχει τὴν τραχήλῳ, idest, ab angina habitu] Et est angina species periculissima illa, quæ à græcis κυνέγγιχτον à canum uoce nuncupatur. & cum uitetur uerbo habitu, idest, occupato, passionis intentionē significat. In hac enim passione longitudinem intelligere non possumus.

Οἴδημα γνέσθαι τὴν τραχήλῳ, ἀγαθόν, idest, Tumorem in collo fieri bonum.] Id est, in parte exteriori colli, quia materia à parte intrinseca ad extrinsecam mouetur, à parte periculosa ad tutam, & ad eam in qua nihil est periculi, propterea bonum est. hic uitetur uocabulo οἴδημα pro tumore, ut saepius superius consuevit.

Hic est integer aphorismus, ut Leonicenus in suo contextu habuit, & Aldinus habet, sed in nostro antiquo aliam quadam particulam inuenimus, illam scilicet ἐξωτερικὸν τὸν τραχήλῳ, idest, extra enim uertitur morbus, ratio est cur bonū sit, quā particulā etiā in hago,

in Hagonensi contextu inuenies, & in Philothei cōtextus serie; tamen uel adsit, uel absit, sententia perfecta est. At si Galenum considerabimus libro septimo aphorismo quin etiagēsimo, uidebimus ipsum in hoc loco non habuisse hanc particulā. nam ibi ponitur hic idem Aphorismus & Galenus dicit, aliquem in eo loco hunc aphorismum posuisse, ut adderet illam particulam, Extra enim uertitur morbus; quod indicium est, hic in suo contextu non fuisse.

G A L E N V S

S E R M O uerus est, & causa in promptu, si quidem ex intimioribus, & principalioribus partibus, passiones conferunt ad cutem transfigi.

B R A S A V O L V S

G A L E N V S hic docet, Hippocratis sermonem uerum esse, & causam in promptu existere, quoniam bonum est passiones ex intimioribus partibus & principalioribus ad cutaneas & minus principales transferri, ita etiam brevibus expositionē transfigit Philotheus inquiens, αὐτία πρόσθλο. Μόνη ἡ τε κυριών μορίων τὰ ἀκυρά μετέσγει ἢ λα. idest, causa perspicua est, quoniam à principalibus partibus ad minus principales materia transmutata est.

C ANCROS occultos omnes melius est non curare. Curati enim cito pereunt, non curati uero longius tempus perdurant.

B R A S A V O L V S

D E canceris à nobis tertio libro abunde disputatum est, quos græci & οὐρανοὶ & καρκίνοι vocant, ostendimusq; ab atra bile potissimum fieri: simuq; Cellum adduximus inter cancrum & carcinoma tales differentiam facientē: quod cancer ab his quæ extrinsecus aduentunt, oriatur; carcinoma uero fiat aliqua interius parte corrupta. cancrus in uarias partes distinguit, quæ sunt uelutinae species, scilicet in erysipelas, gangrena, & ulcer nigrū. hic uero solū addemus aliquos esse superficiales cancros, & non profundos, de quibus hic non agit Hippocrates, quia & curari debent, & curam admittunt. Alij uero sunt canceri occulti & profundi, qui in cute, & in superficie parum quid habent, intus uero corrosio magna latet, & panduntur uaste latebrae. Hippocrates nunc iubet hos occultos cancros & profundos non esse curandos. nam si curentur, hi qui patientur citius pereunt, quam si nō curentur. eos enim curare, est irritare crabrones, nam opus est rebus uim corrosiuam habētibus uti, & quæ uim habeat incedendi ad profunda. haec autem res materias magis mouent, & magis acciunt, propterea uehementius corrund, & interne partes petentes citius necant. Idem sentit Philotheus, inquiens, sed horum cancerorū οἱ μὲν φαλακροὶ ἀσπι, ταῦταις τὸν πολὺν. οἱ δὲ κρυπτοὶ σχεδόνες, οἱ πάντα μὲν τε προπλευραὶ, εἰν γαρ θραπεῖας φλακεβόες τύχουσι, ταχέως ἀπολαμψι. διοτι αὐτὴν θραπεσθαι μετέπειπον, τοιχοὶ δέ τοιχοὶ επιπλευθῆσι συμπλάσαται, καὶ οὐδίαμις εἰς ταχεῖαν. εἰ μὲν τοι θραπεῖαν τοι μεινῶσι, καὶ τοῦ διεν οὐλαγοθραπεῖαν τοι, μόνα γαρ τὰ τραυματά τοι θέμενοι πάρα πολὺ χόνον σφετερῶσι, τοι μετατραυματίᾳ θεούσι τοι χελών. idest hi quidē calui sunt, idest, in superficie illi uero occulti in profundo, quos admonet non curare. etenim si diligenter curam assequantur, cito necantur: quoniam ipsis incisione, uel iustione usq; in neruorum profundum curatis, multa alia symptomata consequuntur, & uis non sufficit. Si uero non curati manent, hoc autem est parum curati, sola enim apta sanandis uulneribus à medico accipientes, multū tempus perdurant, ex eo quod ferinam bilem mitigant, scilicet remedia illa uulneraria.

Οὐσίσι κρυπτοὶ οὐρανοὶ γίνονται. i. Quibuscumque occulti cācri fiūt.] Idest profundi, & nō in superficie. occulti uero intelligunt, uel q; occultas occupat partes, ut iecur, uetericulū, uterū; uel qui in corpore profundas radices iecere, q;uis in summa cute incipere uideat. utroq; modo Hippoc. intelligendus est. Paulus lib. tertio ca. sexagesimo septimo de uteri cācro agēs, inquit, hic sanè morb. immedicabilis est, ceu alibi ipse quoq; afferit Hippoc.

Placandus

Placandus tamen ipsorum dolor est. Aetius libro decimo sexto capite quadragesimo, quarto docet qui nam canceris sit, qui occultus nuncupari debeat, inquiens, duæ autem cancerum supremæ differentiae sunt, nam quidam eorum ulcerare carent, quidam exulcerantur, qui ulcerare carent, ab omnibus ferè antiquis occulti appellantur. Philoxenus tamen eum priuatim cancerum occultum nominavit, qui in utero, aut intestinis contingere. Idemque Aetius capite quadragesimoquinto eiusdem libri canceros sanatus non faciles edocet, inquiens, omnino uero canceros pectori innatos deplorare oportet, quemadmodum qui in capite, collo, humeris, axillis, & inguinibus euentunt, sunt enim & isti insanabiles, nam præterquam quod perfecte abscondi nequeat, uerendum est, ne ob nimiam sanguinis eruptionem inter ipsas manus æger occumbat. Qui uero papillæ summittatem inuadunt, affectæ partis amputatione, facile sanabuntur. Philotheus de cancro hæc dicit, οὐαὶ τοῖς σπληγώδεις σύντοιχοι καὶ νέφροι εἰρητοὶ ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ κάρκανου ζωσθεῖσιν οὐαὶ τοῖς πάθεις γίνεταις δὲ ἀπὸ μελαίνης χρόνης διωκεσθόσιν φύλοι μοιχεῖα, οὐαὶ τοῖς φαύλησιν χρόνης ταρσοπομπήσιν. idest, Cancer est tumor prædurus, qui propriæ quidem à similitudine canceri animalis dicitur, uel quia effera est hæc passio, fit autem à nigra bile in aliqua parte dominante, uel à flava bile superaffata. Sunt uero alij autores qui uolunt, cancerum dici non quidem ob similitudinem cum fluuiali cancro in figura, sed ob solam apprehensionem similitudinem. Ideo Paulus capite uigesimo sexto quarti libri dicit canceri aquatici animalis pedibus speciem non absimilem præferens morbus, unde facta etiam huic malo nomenclatura est. Alij autem dicunt, ita dici quod ægerrime euellatur ab his quas occupauerit, partibus. ueluti cancer animal pertinacius retinet, que semel corripuerit. Aetius etiam libro decimo sexto capite quadragesimoquarto dicit, Antiqui uero cancerosum ulcus maleficum & ferum vocabant, cancerosum quidem appellatione à cancro animali transumpta, ea enim animalia aspera sunt, & pertinaciter dura, & si quidpiam chelis ceperint, haud facile auelluntur. his cancerosus humor affluit, nam prominet, & tactui resistit, & difficulter tractatur, qua ratione insanabilis rediditur. maleficū uero & ferum ulcus nominatur à feris, maleficiisque animalibus. est enim id morbi genus proterium, quod curatione efferratur, & manuum tactu exacuitur. Nisi uocabuli deflexio prohiberet, ego à canibus cancerum nuncupatum suaderem, nempe qui hoc morbi genus habent, fatentur se ueluti canes sentire, qui partes illas exedant, Nunc nunc mulier hinc discedit, quæ in sinistra mamma cancerum habet, fateturque partem illam ita exedi ac si à canibus dilaceretur.

Μὴ θραπευθείη, βέλτιον. idest, Non curare, melius.] Scilicet perfecta cura, & illa quæ ad cancerum exigitur. Duo enim soli modi perfecte curandi cancerum extant, iustio, & incisio, que sunt operationes periculosissimæ, tamen non negaret Hippocrates, nos ut posse cura illa, quam blandientem recentes vocant, mitia quædam applicantes, quæ solum dolorem lenirent, & corruptionem ac excisionem, quoad fieri possent, sedarent, atque prohiberent, ut cancerum demulceamus, non sanemus. Quæ uero illa sint, quæ hoc fare possint, Paulum & Aetium præcitatissimis locis legere nihil impedit, qui ad demulcentos canceros multa præsidia in scriptis reliquerunt.

Θραπευθείην γάρ. idest, Curati enim.] Scilicet cura perfecta, quæ incisione, aut uultione, aut simul utriscunque fit.

Ταχέον απόλλωται. idest, Citius pereunt.] Nam crabrones irritant, & materiam uehem mentius corrodere faciunt, & partes illæ in profundum nimis læse sunt, adeo ut non sit cutum illuc peruenire, nisi in mortis discrimen hi qui patiuntur, incidant.

Μὴ θραπευθείην δέ. idest, Non curati autem.] Nisi cura blandiente, & quæ solum doarem sedet, tamen perfecte non sanet.

Πολὺν χρόνον διετελεσθείη. idest, Longius tempus perdurant.] Idest, hi diutius superiuunt, quibus canceri non curantur sua propria cura, sed solum cancro blandimur, & dolore sedare conamur.

G A L E N S

O C C V L T O S Canceros dixit, uel eos qui sunt sine ulceratione, uel absconditos, hoc est non apparentes, quod rursus idem significat, ac si diceretur, qui in profundo corporis sunt. Sed & curare duplex est, Vnum quidem omnia agere, ut particula patiens

patiens ad sanitatem perducatur, alterum autem eam adhibere prouidentiam quae passioni congruat, hoc est ipsam mollire, ac mitiorem facere, & tum præcipue, cum adeat exulceratio. Tunc enim est necessarium, ut si non aliud agamus, saltem saniem abluiamus, humido aliquo utentes, non quoconque, sed uel per experientiam, uel per indicationem inuenito, quod neque putrefacere, neque irritare partem patientem sit natura aptum. Ab hac igitur curatione, neque absistere conuenit, neque illi qui sunt sine ulceratione Cancri indigent ea. Aliam uero quemadmodum fit per sectionem, uel iustitionem, quae sola sunt remedia Cancrorum, consultit ut in Cancris occultis non adhibeamus. quod igitur illi qui sunt in partibus penitioribus talia remedia non desiderant, etiam experientia docet. Evidem scio omnes qui huiusmodi Cancros curare tentarunt, magis illos irritasse, & brevi homines interemerunt. Nam & qui Cancrum in palato constitutum, & in sede, & in sinu muliebri, uel usserunt, uel secuerunt, non potuerunt ulcera ad cicatricem perducere, & homines in cura afflicti, ac maceratos, usque ad mortem pertulerunt, quo si nullam curationem adhibuerint longiori tempore uitam cum minori molestia transegissent. Tales igitur Cancros nullo modo curare tentemus. Ex eis uero qui in summa parte corporis haerent, illos tantummodo, quos possumus una cum radicibus ipsi, ut quicquam dixerit refecare. Neque enim malum est, ueluti radices quasdam Cancri, nominare eas quae plena sunt sanguine melancholico uenas, & usque ad loca circumstantia distenduntur. Multi enim magnæ autoritatis medici, neque hos manus opera curari permittunt. Sed illos tantum qui exulcerati, simulque laborantes molestant, adeo ut ipsi ultro manu curari desiderent, & simul sunt in talibus partibus siti, quas possumus una cum radicibus refecare, & exurere. Quidam uero neque hos amoliri permittunt, sed omnino absistendum consulunt à remedij potestibus in omni natura Cancri. Quod uero Hippocrates nunquam consuluisset curare potenter Cancros in partibus corporis penitioribus conditos, ex ipsa passionis natura licet coniectari. Si uero & eos qui in summa parte corporis haerent ables ulcere, incertum est, quantum ex uerbis aphorismi coniuncti potest. Ipsum uero scriperunt Artemidori, & Diocoridis sectatores, usque ad ea uerba, Non curare melius est.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, quid per occultos Cárcros intelligere oportet, eos inquam qui sine ulcere sunt, ut dicebat Aetius fuisse antiquorum sententiā, uel absconditos, hoc est qui non uidentur. At hoc idem est ac si dicatur eos qui sunt in profundo corporis.

S E C U N D O docet, Curare cancrum duplicitate intelligi posse, uno modo curare est omnibus modis procurare, ut pars quae cancerum patitur, in sanitatem restituatur. Alio modo curare, est ea facere, quae solum conueniunt, hoc est ipsam mollire, & mitigate, sed hoc potissimum fit, quando exulceratio adfuerit. Tunc enim & si aliud agere noluerimus, saltem opus est saniem abstergere, & abluerre, aliquo humido utentes, quod per experientiam uel indicationem putrefaciendi, uel irritandi uim non habeat. Hippocrates hanc curationem non negat, sed primam damnat Hippocrates, quae est uera carorum curatio per sectionem uel iustitionem factam.

Quod legitur, Hoc est ipsam mollire & mitiorem facere, græce est ὅπερι την πάθησαν, καὶ παύειν αὐτό. id est quod quidem est ipsum mollire, & mitiorem facere.

Quod etiam legitur, saltem saniem abluiamus, ibi Galenus utitur uocabulo ιχθυας. id est aquosam sanie, quae virulentia à recētibus dicitur, & illa proprie in cárcris uidetur.

Quod etiam legitur, sed uel per experientiam, lege sed aliquo uel per experientiam.

T E R T I O docet, experientiam etiam edocere, canceros existentes in partibus penitioribus corporis non esse ita curandos, nam omnes illi medici, qui ita curare tentarunt, canceros irritarunt, & brevi homines interemerunt. statimq; casus quasdam reserit, ut si quis in palato cancrum habuerit, uel in sede, uel in sinu muliebri, quem curare uelit, & urat, uel secat, ulcera ad cicatricem perducere non poterit, & eosdem afflicti in cura atque maceratos ad mortem usque perducet. At si curam non adhibueris, longiori tempore uiuet, & cum minori molestia. & illi qui Galeni tempore ita curarunt, suos ægros in hæc induxere, in qua & nostro tempore inducuntur, si ab aliquibus circumforaneis cancer in predictis partibus affectis, ita curentur, nullus enim nunc uere medicus can-

cri occul-

cri occulti ueram curam aggreditur.

Quod legitur, Aliam uero quæ fit per sectionem, uel ustione, quæ sola sunt remedia cancerorum, in nostro antiquo contextu dupliciter legitur, una lectio est, $\text{¶} \delta \epsilon \tau \theta \pi \mu \nu \alpha \gamma \pi$, $\text{καὶ καὶ γινομένης, \& μόνη γεγνίνης ισχεται}$. Alia lectio est, $\text{¶} \delta \epsilon \tau \theta \pi \mu \nu \alpha \gamma \pi$, $\text{καὶ στα, \& μόνη γεγνίνης γινομένης θεῖν ισχεται}$, & hoc etiam modo legit Aldinus cōtextus, Est autē sensus, Aliam uero quæ fit per sectionē & ustionem, quæ solo cancero facto sunt remedia. Ex hisq; cognoscere potes, in his contextibus esse aliquam differentiam, primum contextum habuit Leonicenus.

Vbi etiam legitur, & in sinu muliebri, in nostro antiquo contextu, duæ sunt lectio-nes, una est, $\text{\gamma \iota \nu \iota \sigma \iota \gamma \omega \alpha \kappa \epsilon \iota \omega \eta \lambda \pi \omega}$. idest, & in sinu muliebri, & hanc lectionem ha-buit Leonicenus. Alia lectio est, quam etiam in contextu Aldino inuenies, $\text{\gamma \iota \nu \iota \sigma \iota \gamma \omega \alpha \kappa \epsilon \iota \omega \eta \lambda \pi \omega}$. idest, in occulto muliebri : per quod nos uterum intelligimus. utraq; lectio conuenit.

Quod etiam legitur, usq; ad mortem pertulerunt, hæc particula, pertulerunt, græce est $\sigma \iota \nu \iota \tau \eta \kappa \alpha \nu$. idest, colliquerunt.

Q V A R T O Galenus infert, tales cancros non esse curandos, sed illos qui sunt in summa corporis parte: non debemus etiam curare, nisi totam illam partem affectam, si-ne mortis periculo, adimere possimus, adeo ut omnes canceri radices euellantur ; nam uenas in cancro melancholico sanguine plenas, radices nuncupare possimus.

Q V I N T O Galenus docet, multos magnæ autoritatis medicos, etiam non per-mittere cancros illos curare, quando tota leæ pars incidi potest: Sed illi solum sunt cu-randi, qui exulcerati sunt, & qui ultro ostendunt, quod curari debeat, & in talibus sunt partibus, quod simul cum radicibus auelli possunt.

S E X T O docet, alios egregios medicos simpliciter in omni canceri natura potentia remedia prohibuisse.

S E P T I M O ad Hippocratem reuertitur, inquiens, ipsum nunquam cōsuluisse cura-re potenter cancros in partibus corporibus penitioribus conditos, & hoc est ex ipsis passionis natura: At de canceris qui in summa corporis parte sunt, absq; ulcere, quid ue-lit, incertum est, præterim quantum ex aphorismi uerbis coniuncti potest.

Vbi legitur, potenter, in nostro antiquo contextu duæ lectiones habentur, una est $\alpha \nu \alpha \sigma \nu \alpha \iota \kappa \alpha \omega \delta$. idest, per repulsionem, alia $\alpha \gamma \alpha \iota \nu \iota \sigma \iota \omega \omega$. idest, per concertationem, quam in Aldino contextu inuenies, & Leonicenus in suo habuit.

Deniq; addit, Artemidori, & Dioscoridis sectatores, hūc aphorismum integrum non scripsisse, sed solum usq; ad illam partem, non curare melius est.

Quod legitur Dioscoridis, in Aldino contextu eodem modo habetur, sed in nostro antiquo legitur $\delta \alpha \sigma \kappa \nu \epsilon \delta \iota \omega$. idest, Dioscuridis, quod magis probo.

Quod etiam legitur, usq; ad ea uerba, græce est $\alpha \gamma \pi \tau \theta$.

APHORISMVS XXXIX

Conuulsio fit, uel ex repletione, uel inanitione, ita uero & singultus.

BRASAVOLVS

D E C O N V U L S I O N E uarijs in locis ab Hippocrate in hoc aphorismorum libro mentio facta est, & potissimum in principio quinti libri, tamen nullus est locus, in quo eius generales species exquisite explicauerit, preter hunc, in quo dicit, conuulsionem ex repletione quādoq; fieri, quandoq; ex inanitione, & eodem modo singultus, qui spe-cies quādā conuulsionis est, quādoq; ex repletione fit, quādoq; ex inanitione. Galenus in undecimo libro De simplicium medicamentorum facultatibus, ubi de Castoreo agit, antiquos iure reprehendit, qui omne cōuulsionis genus Castoreo sanare uolebant. cum tamen conuulsioni ex repletione utile solum sit. uerba eius hæc sunt, Cæterum fal-luntur medicorum pleriq; in usu castorei, cum id modo considerant, partem quampliam aut tremere aut conuelli, aut sensu, motu ué priuatam, aut ægre sentire, haud scientes id genus

genus symptoma ad dissimiles sequi corporis affectus. At tu ab Hippocrate docūs ex plenitudine pariter & inanitione conuulsionem consequī, ubi quidem quæ in neruis continentur prater naturam evacuare consilium est, ibi & bibendum exhibe, & foris cu ti castoreum impone. ubi uero ex siccitate nimia obtruncerit conuulsion, scito hoc me dicamen illuc esse aduersissimum. Cætera Galenus. Qui in secundo De locis affectis libro capite secundo, ubi in dolorum distentionibus Archigenem reprehendit, tamen non multum ipsum reprehendit in neruorum doloribus, quos uocat dolores dure di stendentes. Vultus Galenus superfluo additam esse particulam, dure. nam utrinque nerui distenduntur, non secus quam chordæ in cithara. Post hæc Galenus hoc modo prosequitur, Quapropter citharistæ, cum instrumenta sua post usum reponere uoluerint, chordas relaxant. nam plane constat eas à contrarijs tum causis, tum dispositionibus intendi, siue humidus fuerit ambiens aer, ut rigare ipsas & implere possit, siue ue hementer aridus. ab utraq enim ambientis aeris temperatura ad ultimam tensionem perueniunt. Proinde recte dixit Hippocrates, neruorum conuulsiones, & à plenitudine, & ab inanitione eueniunt, utpote per quas nerui immodece, scilicet tenduntur. Tunc eundem Galenum lege tertio De locis affectis libro, capite quinto, ubi illos reprehendit, qui de rebus manifeste apparentibus certant; & eo loco conqueritur, quod in repro bandis, & exponendis antiquis, tempus amittere cogatur, & ijs etiam respondendo, qui recta medicorum decreta euertunt, quæ inuenienda potius essent ea, quæ illi silen tio præterierunt, & uel haudquam res ipsas definierunt, aut ea sine demonstratio ne, aut sine idonea definitione, aut non satis abunde explicauerunt. Quemadmodum Hippocrates ubi neruorum conuulsionem, uel ob plenitudinem, uel uacuitatem fieri dicit. Etenim uerus est sermo eius. Quibus uero rationibus fulciatur, ut fides ei adhibenda sit, non popularibus, sed doctis duntaxat uiris, & qui diligenter prima me dicinae rudimenta didicerunt, notum est. Hæc igitur cum dídicissem, facile mihi persuasi conuulsionem fieri ob eas causas, quæ ab Hippocrate dicta sunt. & eodem loco egregie docet quomodo conuulsion fiat, & quod motus sit contra uoluntatem. Ibi Galenum lege, qui de hac re pulcherrima differit. nobis uero ob breuitatem omnia afferre uisum non est. & in sexto etiam De locis affectis capite quinto hunc eundem aphorismum adducit, & suum in hoc loco commentarium, ubi dicit: etenim ostendimus in e narratione eius aphorismi, quo inquit, Conuulsionem & à plenitudine fieri, & evacuatione, quod plenitudo repletorum corpora, & in latum, & in profundum extendit, sed longitudinem abbreviat. Ergo quo efficiuntur breuiora, eo magis ad originem trahuntur. At nunc ad exponenda aphorismi uerba reuertamur.

απασμὸς γίνεται. idest, Conuulsion fit.] Scilicet tanquam ex materiali causa.

Ἐν πληρώσι. idest, Ex repletione.] Quoniam nerui impletur, & ad sua principia contrahuntur.

Ἐν τῷ νηγώσι. idest, Vel ex inanitione.] Ob scilicet nimiam siccitatem, quæ & ipsa neruosi exiccans eos ad sua principia contrahere facit, sed contrario modo, sicuti con traria sunt causæ, de quibus modis superius ex tertio De locis affectis libro capite quinto per exempla chordarum citharæ scriptum habes. Philotheus & ipse quo modo fiat, edocet inquiens, *Ἐν πληρώσεως στο γίνεται απασμὸς.* πληρώσεως στον οὐρανόν
Ἐν πληγώσι οὐδὲ γλίχωσι χυμῶν, οὐδὲ πληρώμαν τίτανοι, οὐδὲ τὴν τάσιν απάται, ηθόν πορειαί. *Ἐν πληγώσεως δὲ* τῇ φρεάτερι, οὐδὲ σωστήρα πλεύειν τόν, ὡς οἱ φυγεῖσι θρησκευτοί, idest, A plenitudine quidem ita fit conuulsion, Nerueum genus crassis & glu tinosis materiebus impletur & repletū intenditur, & extensione trahitur, ut chordæ ab inanitione uero exiccatur, & ad se ipsum conuelliunt, ut qui in febre calefacti euomunt.

Οὐτοὶ δὲ οὐδὲ ληγυμός. idest, Ita uero & singultus.] Scilicet ex inanitione, & repletione fit. nam species quedam est conuulsionis, & in parte neruosa contingit, & ut Philotheus dicit, *ἐπι τασμάδις θάθεται* ὡς σωμάχω σωματεῖ. idest, nisi dispositio conuulsiva in ore uentriculi constat. ac si uel singultum ex inanitione, & repletione eodem modo fieri, nisi sit affectio quedam conuulsiva in ore uentriculi. Galenus octauo libro De compositione medicamentorum secundum loca, ubi ponit ad Illiosas stomachi subuersiones pastillum Amazonum, Illius medicamenti titulum reprehendit qui est

Benefacere inflationi stomachi, ardori, & cibum uomentibus. Tunc habet hæc uerba: Hippocrates igitur conuulsionem fieri dixit à repletione & inanitione, adiecumq; est aphorismo in omnibus exemplaribus, sic & singultus. Ego in conuulsione tertiam causam præter euacuationem & repletionem, nullam oppositam offendit. Singultum video etiam præter hæc oboriri, nonnunquam acribus humoribus, aut sanie medicamentos stomachum erodente, quas si euomuerint, statim singultus cessabit. Iam multi medicamento ex triplici pipere epoto, si statim uinum superbiberint, omnino singultunt, quorum unus sum & ego ipse. Præterea etiam cibo in mordacem qualitatem corrupto, nonnulli singultunt, ac quod per uomitum statim desinunt, omnibus cognitum est. Non desunt qui rigorem in ore uentriculi experti singultant. Maximè autem pueris accidit, ut continè singultant, tum ex cibi in uentriculo corruptione, tum partis perfractione. Quod si etiam ex nimia inanitione abortus fuerit singultus, quemadmodum & conuulsio, dignum inspectione est: uerum si in præsentia hoc considerare omittentes, eos qui ex perfractione, aut ciborum copia grauantur, aut acrimonia mordente, inspiciamus, uomitum sanè inueniemus abunde his mederi, qui ex copia aliqua, aut rosione singultant, caliditatem uero ijs qui ex perfractione. Vbi uides Galenum hoc loco sentire, non fieri eodem modo ex inanitione & repletione singultum, sicuti & conuulsio. Aliquis autem ambigere posset inueniri tertium conuulsionis genus, scilicet ex nerui punctura factum, de quo in decimo Medendi libro agit, & illi nomen non ponit. Cum igitur alijs contra distinguitur, & diuersam etiam habeat curam, erit tertium genus. itaq; conuulsio non solum fiet ex inanitione & repletione, immo etiam & ex nerui punctura. Nos autem huic ambiguitatì facile respondebimus, conuulsionem ex nerui punctura factam, uel quæ nerui puncturam sequitur, ad conuulsione de repletione deduci, nam ad nerui puncturam grates dolores & acuti sequuntur, hic in loco læso fiunt, ad quem sanguinē & spiritus natura transmittit, ut dolori succurrat, at aliud quid faciunt: nam neruos implant, & ad sua principia retrahunt, itaq; fit conuulsio, quam ad illam de repletione dicere oportet. unde & capite nonage simo secundo libri Artis medicinalis, in punctura nerui dicit tum potissimum conuulsionem excitari, cum nihil extrorsum expirat ob cæcato cutis vulnere, quia nec materia, nec spiritus ex parte possunt, sed potius neruos extendunt.

G A L E N V S

CONVULSIO, ut & ipsum indicat nomen, conuulsio fit ad propria capita musculis, ut autem clarius diceretur reuulsio, sicuti etiam est motus eorum secundum naturam, uerum hic haud quamquam sit sine animalis appetitu. Conuulsio autem passio est inuoluntaria ad similem uenientibus neruosis partibus in eis dispositionem, quam etiam in mollibus factis secundum appetitum assumperunt. Nam ex repletione fit, si cuti etiam in excedentibus secundum humiditatem aeris ambientis constitutionibus accidit chordis. Nam & propter hanc causam sœpe rumpuntur. Sic autem & in siccioribus constitutionibus afficiuntur, nam in se ipsas colliguntur, ac conuelluntur omnia neruosa corpora uiolentia exiccata, sicuti quæ ad ignem longo tempore lora calefunt, simile quid patiuntur, & quæ sol astutius exiccauit. Conuulsio igitur non absq; ratione à contrarijs fit causis, singultus uero concedatur conuulsio stomachi nominari, quando aliud fuerit sermonis propositum. Quando uero hoc solum studierimus, ut passionis substantiam cognoscamus, melius fortassis fuerit non conuulsionem nominare, sed quandam motum eiusdem cum uomitibus generis, intentū autem & illo uehementiorē. Nam stomachus appetens eorū aliquid quæ in ipso continentur expelle re, ad duos mouetur casus: uehementiorem quidem in singultibus, mediocrem illo in uomitibus: si quidem in uomitibus appetit ea tantum, quæ in uentriculo spacio latiori continentur expellere. In singultibus autem, & ea quæ sunt in ipsius ore penitiora. Per stomachum nunc à me intellexeris, non solum cum qui ita proprie nominatur, sed & uentriculi os. Quæ enim in hoc continentur ipso appetente uentriculo expellere, singultus fit. Quod uero eorum quæ difficulter excernuntur, & quæ ueluti absorberit uentriculi os, fiat per singultus excretio, discere licet, ex his quæ quotidie eveniunt, omnibus fere, uel magis, uel minus. Si enim solum quid acutum, ueluti Piper degluti-

runt

tint, siue cum melle, siue aliquo alio, postea unum biberint aqua calida temperatum, statim singultiunt, calore quidem potus piper ad interiora deuehente, eius uero acutie uentriculum molestante. Vnde conatur motu uiolentiore rem infestantem expellere. Ostensum est in libro de causis casuum, quod & tussis, & sternutatio, & rigor ex talibus motibus sint.

BRASAVOLVS.

PRIMO Galenus docet, *παστομόν* idest, conuulsionem ut nomen ipsum indicat, fieri *παστομόν*, idest conuulsionis ad propria principia muscularis. Quod si clarius dicere uelimus, dicere oportet *παστομόν*, idest euulsis uel reuulsis. unde sicuti musculi mortui habent secundum naturam, qui sine animalis appetitu fieri non potest, ideo uoluntarii est: ita conuulsionis per oppositum passio est inuoluntaria, in qua neruosa partes ad similem dispositionem ueniunt, quam in motibus factis secundum appetitum, idest uoluntariis, apprehenderunt.

In eo quod legitur, Sicuti etiam est motus eorum secundum naturā, noster antiquus contextus duas lectiones habet: prima est illa, quam Leonicensus in suo cōtextu habuit, scilicet *παστομόν τε οὐ πάσι φύσις εἰσιν αὐτοῖς κίνησις*. Secunda lectio illa est, quam habet contextus Aldinus, & est hæc, *παστομόν τε οὐ πάσι φύσις εἰσιν αὐτοῖς κίνησις*.

Quod etiam legitur, Quam etiam in mollibus factis, error est librarij manifestus, legi etenim debet, quam etiam in motibus factis. græce enim legitur, *παστομόν τε οὐ πάσι κίνησις εἰλαμβανεται*. idest, quam etiam in motibus factis secundum appetitum assumpserunt.

SECUND O docet, conuulsionem ex repletione eodem modo fieri, sicuti continet in tempestate humida chordis; nam ob hanc causam sape rumpuntur. In siccioribus autem constitutionibus in seipso colliguntur chordæ, & ita faciunt omnia neruosa corpora. Idemque patiuntur nerui quod lora longo tempore igne calefacta, & quæ sole aestiuata exiccatæ sunt.

Vbi legitur, Sicuti etiam in excedentibus &c. Illa particula etiam in græco contextu abest, nam dicit, *κατά πάσην τελέσασθαι λόγον*, & reliqua.

TERTIO infert, conuulsionē fieri nō absq; ratione à cōtrarijs causis, sed de singultu concedi potest quod stomachi conuulsionis appelletur, quando non est proprius de singultu sermo, at cum determinate de singultu uerba facere uoluerimus, ut singultus substantiam cognoscamus: forte melius erit singultum non uocare conuulsionem, sed potius ipsum ponere in genere uomituum, at sit magis intensus quam uomitus. Et quod hoc uerum sit apparent, quia uentriculus aliquid eorum quæ in ipso continentur, expellere appetens, ad duos mouetur casus, quorum uehementior est in singultu, minus uehementis in uomitu. nam in uomitu aliquid expellere tentamus, quod est in ipsa uentriculi cauitate, in singultu id expelli tentatur quod in uentriculi parietibus contingit.

Vbi legitur, Sed quandam motū eiusdem cum uomitibus generis, deest hec particula quidem nam græce habetur, *κατά λύτρα κίνησις, σὺ μὲν τελέσασθαι λόγον*, idest, Sed quandam motum eiusdem quidem cum uomitibus generis.

Vbi etiam legitur, uehementiore quidem in singultibus, mediocrem illo in uomitibus illa particula illo, legi debet uero. nam græcus contextus ita habet *σφοδρότερον μὲν σὺν λυγύσις, μετριώτερον δὲ σὺν εὐτελεσθεντι*.

Vbi etiam legitur, & ea quæ sunt in ipsius ore penitiora, græce habetur, *κατά τελέσασθαι λόγον*. idest, & ea quæ sunt in ipso in profundo.

QUARTO docet, Hic per hoc uocabulum *σόμαχον*, non solum intelligendam esse cauitatem illam, quæ stomachus proprie nuncupatur, sed & ipsius uentriculi os, stomachus dicitur. omnia enim quæ in ipso ore uentriculi continentur, quando uentriculus ipse illa expellere appetit, id per singultum facit. Et si quis in hoc dubitaret, an per singultum illa expellantur quæ difficulter excerni possunt, & quæ ueluti sint in ore uentriculi absorpta, dicit, hoc experientia probari posse ex his quæ quotidie in aliquibus magis, in aliquibus minus uidemus. Nam si quis aliquid acutum, ueluti piper deglutierit, siue cum melle, siue alia re, postea unum biberit aqua calida temperatum, statim siugul-

tit, nam potus calor, piper ad interiora uehit, quo sua acutie uehementius molestante, uen triculus rem hanc infestantem uehementiore motu expellere conatur. Galenus uero in libro De symptomatum causis ostendit, tussim, sternutationem, & rigorem ex talibus motibus fieri.

Quod legitur, Ostensum est in libro, legi debet ostensum autem est in libro, nam gre ce habetur οὐτε χρήσει.

APHORISMVS XL

QVIBUS dolor circa ilium sit absq; inflammatione, his febris superuenies morbum soluit.

BRASAVOLVS

QVOTIES præcordia dolore afficiuntur, tamen ob inflammationem non sit, necesse est ipsum esse, uel ob obstructionem, uel ob flatum, uel ob aliquā intemperiem: sed ut plurimum est ob flatum, plerūq; etiam ob obstructionem, si febris superueniat, dolorē soluit. nam si flatus sit, resoluitur: si sit obstructio, feb. si calore aperitur: si sit intemperies potissimum frigida, ad temperiē deducitur, propterea dolor soluitur. Sed hoc pre cipue in flatu uerum est. Philotheus modos omnes enumerat, quibus dolor in præcordijs contingere potest, inquiens, γένεται δὲ φύσις ἡ ὁδίων, ἡ δέ φλεγμονῶν, ἡ δέ εὔνοπτε λαν, ἡ δέ πάχθυμος, ἡ πνευμάτων παχύων πνευμάτων. ταῦτα ἀπόφλεγμονῶν καὶ τῶν υμοιών, ὁ πόνος γριπται πάθει τὰ συσχένδοια, ἀλλά ταχὺς καὶ πνεύματα, καὶ πάχθυμος καὶ φυγαδῶν συσκρασίαι, ὁ πυρετὸς ἀπόρρηψις, ἡ νείλησις τῶν εὐδίων, τοῦτο δέ ταχὺς λυμός, τοῦτο σφυγνύαις τῶν συσκρασίαι, τοῦτο μαφορέψις τὰ φυτά οὐ πνεύματα. id est, sit aut in ipsius dolor, uel ob inflammationem, uel ob Erysipelam, uel ob humoris crassitiem, uel ob crassorum spirituum abundantiam. Si igitur sine inflammatione, & alijs similibus dolor circa præcordia fiat, sed forte & flatum, & materię crassitiem, & frigidam intemperiem, febris superueniens dolorem soluit, ex eo quod dissoluit crassum humorem, quod intemperiem extinguit, quod spiritus flatuosos discutit. Si ergo tibi aliquis occurrat, qui ex predictis causis, præcordiorum dolorem habeat, calidis uti poteris, si febre correptus non sit: Celsus præfertim capite decimo tertij libri ita dicere. Ergo si sine inflammatione dolor est, nihil imponendum est. hunc enim statim ipsa febris soluit. At si neq; inflammatione, neq; febris, sed tantum præcordiorum dolor est, protinus calidis & siccis fomentis uti licet, quibus utinam ac si febris fuerit.

Οὐδέποτε πάθει τὰ συσχένδοια πόνος γίνεται. id est, Quibus labor circa præcordia fit.] Non autem circa Ilia, ut Leonicenus uerit, nam ut superius dictum est, illa qua à grecis dicitur συσχένδοια, à Celsio uertuntur præcordia. Aliqui contextus non habent συσχένδοια, sed legunt διάβολοι πάθει τὰ γριπτά, itaque legebat in suo cōtextu Philotheus, nam hoc modo exponit, πόνοι παλαιοὶ τῶν ὁδίων, συσχένδοιος πάθει τὰ συσχένδοια. id est, laborem uocat dolorem, hypogastrum uero in uniuersum omnia præcordia, ut hic duo habeantur. Vnum est uocabulum græcum, labor, quod tamen pro dolore intellegi debet, unde Celsus interpretatus est dolor. Aliud est, quod & si legamus hypogastrum, opus est nos intelligere præcordia. Sint uero hi dolores

τάπερ φλεγμονῶν. id est, Sine inflammatione.] Adde tu, & sine Erysipelite, & sine mortificatione, sed uel ab obstructione, uel intemperie frigida, uel flatu.

Τάπερ πυρετὸς ἀπόρρηψις τὸ λύτρον τὸ πόνον. id est, His febris superueniens morbum soluit.] Quoniam si calor obstructionem aperit (quamvis febrilis calor non multum aperiatur) si intemperies frigida calore in temperatā deducitur. Si à calore flatus discutitur, necesse est febrem qua calor est, hacqua predicta sunt, agere. & ita remouendo causam affectum curare. Nos uero aphorismum potissimum intelligimus in flatu.

G A L E N V S

SE QVITR quidē & ad morsus dolor, sed cōsueti sunt morsus nomine, nō doloris Stales casus appellare. Fit aut dolor ppter quandā similiē inflammationi dispositionē.

Sic au

Sic autem nominata est, quoniam & Erysipela dolor consequitur. Quando igitur non ob tam dispositionem dolor ilium occupauerit, & morsus sensus absuerit, relinquitur ut dolor fiat, uel propter obstructionem, uel propter spiritum flatusum, uel aliquam intemperiem inaequalem: quae febrilis calor aptus est natura sanare, hec quidem incidens, extenuans, atque dissoluens, haec uero ad temperaturae aequalitatem perducens.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus dubium remouet, quo quispiam ambigere posset, inquietus, dolores sequi ad morsus, tamen supraueniente febre supra dolorum ex morsu non soluitur dolor. Respondet Galenus, Antiquos consuetos esse nominare dolores ex morsu, morsus, & non dolores. propterea hic dicens dolores, illos exclusit qui sunt ex morsu.

S E C U N D O docet, fieri etiam dolorem ob quadam dispositionem inflammationi similem, quae ita nominata est, quoniam & Erysipela dolor consequitur.

T E R T I O docet, quando dolor ob tam dispositionem non fuerit, nec aderit sensus morsus, opus erit fieri dolorem, uel ob obstructionem, uel ob spiritum flatusum, uel ob aliquam intemperiem: & haec omnia febrilis calor aptus est natura sanare, haec que sunt obstrusa, & spiritum flatusum incidens, extenuans, atque dissoluens: haec uero, id est in intemperiem, quae scilicet frigida sit, ad temperaturae aequalitatem perducens.

A P H O R I S M V S X L I

Q Vibuscuncus suppuratio in corpore existens non innescatur, his ob crassitudinem puris, aut loci, non innescatur.

B R A S A V O L V S

N E C E S S A R I V M est, hunc aphorismum de suppuratione illa intelligere, quae in omni corporis parte fieri potest, non aut de illa qua homines supparati dicuntur, quibus in pectori puris copia collecta est; quamvis Celsus capite septimo secundi libri de illis supparatis his uerbis loquatur, Omnis etiam suppuratio, quae nondum oculis patet, sic deprehendi potest. & signa quedam ponit, quibus manifeste deprehenditur, Celsus de supparatis intelligere, qui in pectori pus contentum-habent. At in hoc loco Hippocratici sententia est, Qui in aliqua corporis parte pus habet, tamen non percipiatur, id sit uel ob loci crassitiem, sub quo pus est, uel ob ipsius puris crassitiem: cum enim in profunda aliqua corporis parte pus genitum est, plerumque factum sit pus dubitatur. Indicia uero quod factum sit, sunt febris remissio, & doloris, uel ablato, & si digitis supra locum premitur, inundatio quedam persentitur, & loci mollities, & albedo quedam lucida cutis. Posset etiam pus in aliqua prominente parte esse, tamen non effet notum, si adeo crassum sit, ut illa pars ad exitum non ueniat, sed ferè immobilitate maneat: & tunc pus est, pure putidum. Philotheus hic dicit πάχτησιν αὐτῷ τοῦ ὁ λόγος. id est, de abscessibus nunc sermo. Intelligit per locum, pellem extrinsecam, carnem tegementem, que sit adeo crassa ut innescere non possit. haec sunt eius uerba, οὐδὲ πάχτησιν αὐτῷ ἔργοναίνει, τοτέσι μὴ ἀποποιηθεῖται, οὐδὲ πάχτηται τῷ πύρῳ, οὐδὲ φύσισται, τὸ γάρ πάχτος ὡς ὑπόθεσι κειμένου, τὸ δὲ πότε ἀποποιηθεῖται. οὐδὲ φύσισται τῷ πύρῳ πάχτος ἐχει καὶ εἴναι σεγανός, ὡς τὸ γάρ πήρεν, καὶ ὡς ἀκροσφύρω, τοτέ μὲν ἀποποιησθεῖται, εἴτε οὐδὲ διάπνοντι διτηψὶ τῷ τῷ σωματικῷ πότε ἀποσυματικῷ, καὶ τοτὲ πορφύρηται, οὐδὲ τὰς αὐτὰς ἀποποιηθεῖται. γνώσθη δέ τοι τὸ οὐδὲ ἀνίκανο πυοποιεῖται, τοτὲ μὲν πυρίας, καὶ τοτὲ πυρετοῦ. χειροργοῖς οὖν ὁ λόγος ἀξιόστος, οὐτε τῶν χειροργίων τέτοιγεν πυοποιεῖται, οὐδὲ λόγου ἀποπλάσιον. id est, Si abscessus non innescatur, hoc est non intumescit, uel puris, uel pellis crassitiem ostendit. crassities enim ut in profundo manet, nunquam intumescent; si contigerit pellem habere crassitudinem, & esse duram & impenerabilem, ut illa quae est in calcaneo, & in extremo talo, ipsum intumescere non sinit. Si igitur pus in corpore sit, id est abscessus, & non intumescit, ob has causas non intumescit: ipsum uero cognoscet quando suppurat ex inaequalitate rigoris, & ex febre ordinem non seruante. Chirurgis igitur sermo congruus, ut horum chirurgiam cognoscentes perationem perficiant.

όντος διάπνευσης οὐ γὰρ τῷ σώματι μηδὲ οὐμέναι. idest, Quibuscumque suppuratione in corpore existens non innoteat.] idest, Qui habet abscessum, & in aliqua corporis parte pus, tamen non appareat, nec tumorem fecerit, sed aequalitas sit in illa parte, & color a suo naturali uarius non sit.

Τοτέοντος μήτε παχύτητα τῷ πύε, οὐ τῷ πόπε, οὐ καὶ οὐμέναι. idest, ijs ob crassitudinem puris, aut loci, non innoteat.] idest, due solē sunt causae, cur non innoteat & appareat, una est, puris crassities, quae ita intensa sit, ut ad circumferentiam non moueat, & sub digitis in unde modum non palpitet. alia est, loci crassities, quae pus ad circumferentiam moueri non sinit, & etiam nullam facit elevationem. Si uero utrumque adfuerit, tanto minus innoteat.

G A L E N V S.

DV PLE X est huius loci scriptura, & duplex expositio, & utraq; non caret ratione. Nam & propter puris crassitudinem, & propter loci, saepius occultatur puris in aliquo loco comprehensi notitia. Recte ergo nonnulli scriperunt. His propter loci crassitudinem, nonnulli uero. His propter puris crassitudinem non innoteat.

B R A S A V O L V S

S C I T O Galeni contextus eodem modo non legisse ut nostri faciūt, nempe unum habuit Galenus, qui ita legebat, Quibuscumque suppuratione in corpore existens non innoteat, ijs ob crassitudinem puris non innoteat. Alium habuit hoc modo legentē. Qui buscumque suppuratione in corpore existens non innoteat, ijs ob crassitudinem loci non innoteat. unde duas illas causas, quas in eodē contextu nos habemus, ipse in uariis contextibus habuit. & ideo Galenus dicit, huius loci duplē esse scripturam, & quod utraq; ratione non caret, quoniam & propter puris crassitudinem, & propter loci crassitudinem, sepe non cognoscitur, an pus sit in aliquo loco, in quo tamen est. & ideo nō immērito aliqui dixerunt ob puris crassitudinem non innoteat, alij ob loci crassitudinem.

A P H O R I S M U S XLII

MOrbo regio laborantibus, si fiat hepar durum, malum.

B R A S A V O L V S

D E morbo regio, atque eius speciebus in quarto libro à nobis non pauca explanata sunt, quae non solum fieri ex bile flava, sed etiam ex nigra docuimus. hic putamus Hippocratem de morbo regio ex flava bile facto intellectile, quamvis & ad nigrum bilem ampliarī possit. Nōsque Hippocratem ita intelligimus. Si quis regio morbo iam laboret, & iecur prius durum non habuerit, idest, quia materia a feore ad circumferentiam, uel à uenis ad circumferentiam transmittitur. At si deinde secur durum fiat, tantam adesse materiae copiam significatur, ut inflammationem inducere apta sit, uel duritatem, propterea malum est; quia ut Aetius libro decimo capite sexto docet, Si scirrus incipiāt, saepē curatur, at inueteratum nunquam curavit, neque alium quempiam qui cure eum posuit, uidit; sed putat semper præcessisse inflammationem ante scirrum Aetius: differtq; scirri durities, ab inflammationis duritate, quia in scirro est multo durior, & ad hunc tumorem sequitur aqua intercus: & quanto magis crescit scirrus, non potest sensiti ob aqua copiam quae in corpore generatur. Idem Aetius eodē libro capite decimo, septimo quomodo fiat regius morbus, ostēdit, & de iecoris duritate agit. Idem facit Paulus libro tertio, capite quinquagesimo, qui etiā capite quadragesimo sexto eiusdem libri de fecoris duritate aquā intercutem gignēte egerat. Hippocrates in libro De morborum decretorio, hepar durū, bonū facit, sed hoc est in febre intensa, & in diebus iudicatorijs. uerba eius hæc sunt, Quibus in febre non ferēda, & uehemēti septimo, uel nono, uel de cimoquarto morbis regius fit probū nō est, nisi precordia dextera dureat, qd nō mul tū p̄bamus, q̄uis posset aliqua ratione muniri. Nā & Celsus libro secundo capite octauo inquit, At in morbo arquato durū fieri iecur perniciōissimū est. Cur uero malum sit, ita Philotheus edocet: φλεγμονῆσθοις γὰρ οὐ πατεῖ θυσκρασία γίνεται πάθος. οὐδὲ ξελν γρυπή, οὐδὲ αναφρομένη πάθος οὐδεὶς τὸ σῶμα οὐδὲ ικτόριον ξελνεται. Επειδὴ οὐδὲ ικτόριον διαβλέποντος, εἰω συνει-

βῆ τῷ χρόνῳ συναχθεῖσαι παχῶν χυμῶν, κακτότες σπληγρού γενιέσθαι τὸ ίππο, πεπόνη. Μή το δέ ἐστιν οὐκέτιαν ἡ ὑδωπαὶ ἀγρόνεται, παντοπάχειαν οὐκ εἰς αἷματον τὰς προφάσ. idest, Cum in iecore inflammatio fit, circa ipsum (scilicet iecur) fit mala habitudo, ex qua bis generatur, quae per totum corpus delata, morbum regium perficit: postea morbo regio perseverante, si tempore contigerit crassum humorem congregari, & ex hoc iecur durum fieri, malum, quoniam ex necessitate malus habitus, & aqua intercus supereruit, malum affectum inducit, & in sanguinem nutritamenta non uertit.

ἢ τοισιγένεσι, idest, Morbo regio laborantibus.] qui fecoris inflammationem consequtatur.

ἢ τῷ σπληγρῷ γενέσθαι, πενηγόν, idest, Iecur fieri durum, malum, quoniam inflammation in scirrum transiuit, ex quo deinde fiet aqua intercus,

G A L E N S

M O R B U M regium hoc loco dicit, qui fit ex hepatis inflammatione; tūc enim durities ostendit σπίρχωσι, idest tumorem prædurm, uel inflammationem in hepate existente; quemadmodum & sine hac contingit quidem aliquando, propter eius obstructionem morbum regium aduenire, contingit & ipsa natura quandoq; per modum criseos ipsum humorem exuperantem in uenis contentum, ad cutem expellente,

B R A S A V O L V S

C V M morbus regius ex multis causis fieri possit, nunc primo Galenus de eo sermo nem fieri docet, qui ex iecoris inflammatione fit, nam ex duritate tumorem prædurm cognoscimus, uel inflammationem quae in iecore est.

Quod legitur, tunc enim durities ostendit σπίρχωσι, idest, tumorem prædurm uel inflammationem in iecore existentem: in Aldino contextu hæc uerba sunt initium commentationis Galeni, nam in ipso hoc totum deest *ἰντοφού* ἢ *ταῦθα* ἢ *μὲν τὸν φλεγμονών τὸν ιππον λέγει*. Quæ etiam Leonicenus in suo contextu habebat, & in nostro antiquo sunt, scilicet, morbum regium hoc loco dicit, eum qui fit ex iecoris inflammatione, uerbaq; præadducta Græce ita leguntur, ἢ στένωνται γέρες οἱ σπληγρότες των πατέρων φλεγμονών ἢ σπιρρόν εἴναι τὸ αλάγχον, idest, Tunc enim duricies ostendit, inflammationem, uel scirrum, idest tumorem prædurm, in iecore esse, noster tamen antiquus contextus non σπίρχον, sed σπίρχωσι dicit.

S E C U N D O docet, etiam sine hac inflammatione, morbum regium quandoque fieri, nam & obstructio morbum regium facit, & quandoq; natura per modum crisis humorum superabundantem in uenis contentum ad cutem expellens morbum regium facit.

APHORISMVS XLIII

Q Vicinæ lienos à difficultate intestinorum capiuntur, his superueniente longa difficultate intestinorum, aqua intercem, aut leuitas intestinorum aduenit, & moriuntur.

B R A S A V O L V S

Q V I diutinam lienis duritiem passi sunt, lienem obstrusum habent, quia durities ex conculeatis humoribus, & crassis in lienis uenis consistit, unde eius attractiva uis, & concoctrix, aut amissæ sunt, aut adeo imbecilles redditæ, ut eorū officio fungi non possint, unde opus est lien multo tempore non expurgasse iecur ab humore atrabilario, qui in ipso in singulis coctionibus generatur, propterea iecur paulatim imbecille effectum est: sed materiæ illæ, quæ à liene non attrahuntur, intestinorum difficultatem pariunt, à natura per intestina transmissæ, quæ intestinorum difficultas si diu perdurabit, necesse est continuo iecur magis imbecille fieri, adeo ut amplius sanguinem non gignat, sed a quam: quæ partem illam occupat & implet, quæ inter intestina adiacet, & abdomen, unde aqua intercus fit, & denique moriuntur, uel ex iecoris imbecillitate, uentriculi uis imbecilla redditur, itaq; ibi parum uel nihil immutati transmituntur, & etiam mortis necessarium

necessarium est. Hæc ample ab Actio & Paulo curari edocentur, & eorum generatio-
nes explicantur.

οὐκέτι ταλαιπωδεῖς. idest, Quicunque lienosi.] hi uero lienosi dicuntur, qui lienis duri-
tiem habent, non quæ nunc coepit, sed diutinam, & quam diu passus sit. Hippocrates
in libro De morbis qui extra, lienosorum hominum indicia describit, inquit, Qui ma-
gnum liensem habet, si biliosi sint, mali coloris sunt, malaq; ulceræ contrahunt, malef; os
olet, emaciantur, lien durescit, semperq; eiusdem magnitudinis est, cibariaq; non demit
tūt; si uero pituitosi sint, minus hoc patiuntur, lienq; modo crescit, modo decrescit. Apud
Græcos reperitur *ταλαιπωδεῖς θυρηούχοι*, idest, lien prædurus, & illos *ταλαιπωδεῖς* vocant,
qui ex atra bile lienē obstructum habent. Latini eos eisdem lienosos vocant, unde & hic
Philotheus dicit *ταλαιπωδεῖς αὐτοὶ οἱ ἔργοι τῷ στόματι εἰ μέλαχροικῇ χυνθῆσθαι*, πῶντὸν ταλαι-
πωδεῖς, idest, Lienosi sunt ex melancholico humore tumorem in splene habentes.

ταῦτα διστομάτησις ἀλίστονται. idest, Ab intestinorum difficultate capiuntur.] quæ dum
breuis est, nihil habet periculi: sed cum diutina efficitur, periculosa est, propterea & à
Philotheo dicitur, *ὅτι οὐδὲ εὖ κανονικός φυσικὸς τὸ διστομός τοῦ ζεστοῦ τοῦ λευκοῦ*,
οὐδὲ συντομός μηδὲ μελάχρονος, μεταξὺ δὲ τοῦ ὄγκος, νέφων γαρ τοῦ γεννήτου αὐτοῦ, οὐδὲ
ἀπλακτικός. idest, Hī igitur si causa naturaliter euacuata, ob seruorem humoris, intesti-
norum difficultate capiuntur, breui quidem bonum, longa autem non bonum. Etenim
aqua intercus ipsis superuenit, uel lienteria, & moriuntur.

Τοτέοισι ἐπιγενούμενοι μακρής τῆς διστομάτησις. idest, ijs superueniente diutina intesti-
norum difficultate.] post scilicet illam breuem, uel incipiat hæc longa, & continuo per-
seueret, nam sensus Hippocratis hī est, perseverante intestinorum difficultate.

ὑδρωτὴ ἐπιγενέται, idest, Aqua intercus superuenit.] Iecore adeo imbecilli factio, ut
non sanguificet, sed aquam pariat, & ideo à Philotheo dicitur; *ὑδρωτὴ μὲν δέ τοι διαδε-
νεῖ τὸ οὔποδόν την πολλὴν κράνθει, συγκρανθεῖ τὸ ἐμφύτον θρόμον,* idest, Aqua intercus quidem
fit, ob id quod iescur multa euacuatione debilitatur. Simil etenim naturalis calor eu-
acuatur.

ἡ λεγύτησις, καὶ ἀπλακτικός, idest, uel intestinorum leuitas, & moriuntur.] quæ fit de-
bilitato uentriculo, Philotheo dicente, *πολλάκις δὲ καὶ οὐ γενήτης οὐδὲ τῶν λέγων, οὐδὲ*
λεγυτηρία γίνεται, idest, Sæpe autem & uenter eadem ratione debilitatur, & fit leuitas
intestinorum.

G A L E N V S

O P R E T V I T hunc aphorismum illi præordinari in quo dicit; Lienosis difficultas
intestinorum superueniens bonum. Sed hī quidem inter sequentes scribitur post
quatuor alios intermedios. Nobis autem necessarium iam ipsius meminisse. Quicunque
enim lienosi sunt, hoc est qui durum habent liensem, his superueniens difficultas intesti-
norum soluit dispositionem, quando scilicet ratione transpositionis, atq; euacuationis
humorum crassorum, ac melancholicorum lieni insertorum euenerit. Sed quoniam se-
pius huiusmodi euacuationes ultra modum extenduntur, & noxiæ sunt laborantibus,
conuenienter Hippocrates, quem finem habeat immoderata difficultas intestinorum,
ostendit, quæ talibus aduenit dispositionibus. Iæsis siquidem intestinis à transitu uitio-
rum humorum, & uis eorum laborat, & temperies natuui caloris aboletur; ob hāc igi-
etur causam, & aqua intercutem, & leuitas intestinorum, superueniunt. Leuitas quidem
intestinorum, ex sola intestinorum læsione. Aqua uero intercutem, propter hepatis co-
passionem, atq; lienis, & omnis uenosí generis.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet Aphorismum quadragesimum octauum huius libri huic
præordinandum esse, qui est: lienosis difficultas intestinorum superueniens, bonum. est
autem aphorismus post quatuor sequentes positus, sed nobis fuit necessarium, ipsius
meminisse.

Quod legitur, oportuit illum aphorismum huic præordinari, in Aldino contextu ita
habetur, *ἔχει τὸ τέτταρα προτετάχει τὸν ἀφοειστόμενόν τοντον,* idest, oportuit huic aphorismum
illum

illum præordinari: ut sensus sit, quod ille debeat huic præordinari, non quod hic illi, ut Leoniceni interpretatio dicit. Noster tamen antiquis contextus duas lectiones habet, prima est illa, quam Leonicenus uertit, scilicet ἐχεῖ τότε προπτέρα τὸν ἀφοευσμόν εἰς ξένον, altera lectio est illa, quam habet contextus Aldinus. Nos Aldini lectionem magis probamus, quam illam Leoniceni, nam hoc uerum est, quod quadragesimus octauus aphorismus huic præponi debeat, non hic illi.

S E C U N D O docet, Lienosos, idest, eos qui diu lienis durum habent, si difficultatem intestinorum incidat, lienis durities soluitur, quād scilicet hæc difficultas est per trāspositionē crassorū humorū atrabiliosorū lieni insertorū, qui ad intestina trāsmutat. sed quia hæc euacuationes frequēter diu perdurāt, & laboratibus sint noxiæ, propterea Hippoc. finē docet, quē habet immoderata intestinorum difficultas, q̄ illis dispositiōibus cōtingit.

Quod legitur, Qui durum habent lienem, addi debet, diu, ut dicatur, qui diu durum habent lienem. Græce enim est ὅσιος αὐλίων καρνιάς ἐχεσθη σκληρόμενος, idest, Quicunq; lienem diu, uel longo tempore durum habent.

T E R T I O docet, quod intestinis à transitu uitiosorum humorū læsis, eorum uis laborat, & temperies calidi naturalis aboletur, unde fit intestinorum leuitas, & aqua intercus. leuitas quidem intestinorum ex sola ipsorum læsione, & etiam uentriculi. Aqua intercus, ob hepatis atq; lienis compassionem, & totius uenosi generis.

A P H O R I S M V S X L I I I I

Q Vibus ex stillicidio urinæ ileos superuenerit, in septem diebus pereunt, nisi febre superueniente, satis urina fluxerit.

B R A S A V O L V S

G A L E N V S hunc aphorismum additum esse, & ipsius cognitionē Hippocratē nūnquam habuisse putat. Quid uero dicere uelit, se ignorare fatetur. At Hippocratis sensus est, Qui ileum ex urinæ stillicidio patiuntur, seu habent symptomata, propterea in septem diebus pereunt, quia primū diem iudicatorium trāsire non possunt, tamen citius mori possent. At si febris superueniat, quæ crassas materias attenuet, ut urinæ uias apertiat, urinæ multa fluat, non moriuntur, sed in pristinā sanitatem restituuntur. Auicena libro tertio sen decimal sexta tractatus quinti capite uigesimalono, hic Galenū reprehendit, cum ipse potius reprehendēdus sit, qui Hippocratē male adducit, nempe dicit, inquit Hippocrates cum accidit ex distillatione urinæ ileos, moritur ille cuius est in septimo, nisi accidat febris, & currat cum ea sudor plurimus, sed Galenus ignorauit causam in hoc. Hæc Auicena. Tu uidere potes q̄ in epte & false Hippocrate adducat, qui nullam de sudore mentionem fecit, sed de sola urinæ multitudine. Sudor enim ad ilium aut parum, aut nihil facit. & tñuis ipse dicit Galenum huius rei causam nesciuisse, tamē nec ipse causam ullam assignauit, quā subnectere debuisset, si tam celebrē uirum, qualis est Galenus, reprehendere uoluisset. In nostro antiquo contextu ante hunc aphorismū talis inscriptio prefixa est, πολὺ ἀλεῖ, idest, de ileo, qui est in gracilibus intestinis dolor, de quo superiorius in tertio libro differuumus. Philotheus intellectum quorundam adducit, inquiens πολὺ ἀλεῖ λέγειται γίνεσθαι τὸν στραγγεῖλαν ὅτας. οὐφράτηον τὰ παχύα γῆτες ιπποπάχειαν ή γλίχειν χυμῷ, καὶ εὐφρατοῦδιναν αὐτῶν δίγνεται αὐθόσις πρὸς τὸ θέρι. αὐτὸς δὲ μὴ γινομένος, διεγένεται γίνεται τὸν χυμῷ, λοιποὺ δὲ διάκειται ὅριον φέρεται στραγγεῖλα, διὸ τὸν στραγγεῖλα, διὰ τοῦ χαλεποῦ γῆρας οὐκέτε διάκειται, οὐδὲ μὲν πυρήνας μὴ γύνηται, λύσιν ποιέται τὸν ὄλυς, καὶ λεπίσαις αὐτὸν, καὶ τίμεται, καὶ ἐκφράζεται εὐφρατοῦ μεσαῖ, ηγέτης αὐτόν τοις εἰκονίνης, ὅπερ ἔγειται. οὗτος μὲν ἐφησαν πνεῖ, idest, Quidā in ileo dicunt urinæ stillicidium sic fieri. Intestina crassa & glutinosis humoribus obstruuntur, & his obstructis ad iecur distributio nō fit. cum uero distributio non fiat, nec humorū generatio fit, deinde neq; urinæ secrecio. hinc pauca guttatum emanat, quod est urinæ stillicidii. Idēq; molestū, in septē em diebus patiēs moritur, nisi febris superuenerit. Si em superuenerit, materię effusionē facit, & ipsam attenuat atq; incidit, & obstructas partes referat, & urinā sufficiēter excēnit, quod

nit, quod sane bonum est. Non nulli quidem ita dixerunt. hi uero ex urinæ stillicidio ileum non faciunt, sed ex ileo potius urinæ stillicidium, & ideo non ab re Philotheus prosequitur: sed in parturientis ad stranguineam rorū ailem adstrinxerunt, non uulnus, non yarum percuti, (scilicet nubes) sed eis pueris rorū ailem, quod ex iugulo rorū percuti nubes rorū quod rorū rorū tunc illud exponit, non ut faciat rorū ailem, sed stranguineam rorū percuti nubes rorū faciat, idest, Hippocrates uero in stranguria ileum superaddit, & recte, etenim prima (scilicet die) ilei species non sit: contingit enim usque ad quatuor, uel quinque dies in intestinis obstructionem esse, & non esse ileum apparet. Urinæ uero stillicidium à primis diebus apparet, ut Philotheus id sentire uideatur, ileum quidem tunc etiam fuisse, quando urinæ stillicidium apparet, at apparere non uidebatur, quia non multum offendebat, propterea stillicidium usum est fuisse prius, cum tamen prius non esset. Tamen uidetur satis obscurus, & aliquid in eo desiderari.

στραγγείη εἰς σπαγγέλην. idest, Quibuscumque ex stillicidio urinæ.] hoc uidetur significare ac si urinæ stillicidium illi causa sit, & ideo Galenus imaginari nescit, quomodo id fieri possit, nisi dixerimus, materiam crassam, urinam ne exeat, impeditre, & etiam graci liora intestina obstruendo, ileum facere. unde in hoc sensu intelligere oportet, uel fieri ex, idest, post urinæ stillicidium ileum; uel ex, idest, postquam urinæ stillicidium cœpit, etiam fiat ileos. & tunc re uera maior est dolor, quia urinæ impedimentum adest, & etiam ilei dolor,

εἰλεός ἀπὸ γάρνηται, idest, Ileos superuenerit,] non tam ratione stillicidij, sed ratione sui ex materia aliqua crassa obstruente, quæ forte etiam urinæ stillicidium facit.

ἡ ἐπὶ τὰ μυριόντα καπνώλωται. idest, In septem diebus pereunt.] ob morbi intensionem, qui duas partes occupat.

ηὐ μὴ πυρετῷ ἀδιγινούσιν ἄλις τὸ δέον γυνῶν. idest, nisi febre superueniente satis urinæ fluixerit.] ut febris crassos illos humores obstruentes dissoluat, & attenuet, & per urinæ uitam transmittat, tamen per crassiora intestina ad anum recta eunt.

GALENUS

IN ILEO nihil exit inferius, nec si quis accerrimo utatur clystere. Vomitus autem ster coris aduenit his qui exitialiter se habent. Quod igitur interclusa uia exitus haec passio fiat, & quod in tenuibus intestinis, non autem crassis, omnes sere fatentur, & quidem quod propter inflamationem, & propter obstructionem stercoris siccii, uel humorum crassorum, atque tenacium, dictum est a pluribus. Mihi uero uidetur inflamationem, uel durum tumorem, uel abscessum, tantam facere posse loci angustationem, ut nihil possit ad inferiora transmitti. Quod autem humores crassi, atque tenaces in causa sint, non ad modum mihi uidetur probabile. Verum & hoc si libeat ponito, & si quid aliud dicatur præter hoc. Verum quod uidetur omnibus qui aphorismos exposuerunt, admodum mihi uidetur difficile creditu. A iunt enim quod uestica inflammata, angustia loci facta, ex compressione in intestinis passionem affert, quæ ileos nominatur. Ego uero multos me putto in tota uidisse uitia, nonnullos tantum periclitates, non paucos uero etiam mortuos, non potentes mingere, quibus tunc manifeste omnibus secundum propriam circumscriptionem plena uestica apparebat, adeo quod supra modum erat extensa, & dolor, ut par est, inde accrescebat, quorum tam nullus factus est ileos. Quomodo igitur quispam unquam persuaderetur, ob uesticæ inflamationem angustiore factio intestino, ileon provenire? Non magis sane quam ex tumore uteri in muliere grauida. Atqui uestica ad ilia eius tumor extenditur, & magis premere potest, atque angustare intestina tenuia, uestica uero si in tumorem attollatur, solum potest rectum premere intestinum. Quidam uero etiam dicunt absurdius quod febris superueniens conferat ileo. Nam febris quidem in inflamatione uesticæ non absque ratione fieret, quin quanto illa maior, ac grauior, tantum augeri febrem contingere cum casus sit inflamationis. Ileos uero ut ipsi aut ex inflammatione ortum habuit, & unam tantum spem habet solutionis, inflammatio ncessationem, cum qua etiam febrem sedari est necessarium. Bonum igitur signum solutio nis earum quæ sunt in ileo passionis, est febris, uel remissa, uel soluta. Neque uero signum, neque causa bona, ipsa, uel superueniens, uel aucta. Nouimus enim solū illis morbis colere febrem, qui ex frigiditate sunt, aliquando sola, aliquando cum humoribus crudis, pituitosis, & flatuosis spiritibus. Melius itaque si fateamur nos ignorare quæ in hoc aphorismo Hippocrates

pocrates dixerit. Nec enim ratio corum indicat ueritatem, nec experientia docet. Tercium autem nihil habemus ad fidem, si unquam talis ægrotus sit uisus, aut ab Hippocrate, aut ab aliquo alio; nec enim, nec si legitimus sit hic aphorismus, habeo dicere. Multitudinem igitur humorum crudorum una cum multa frigiditate, melius est talium in ileo casuum, qui dicti sunt, causam arbitrari. Sic enim tantum modo febris esset medicina dispositionis, & retentarum urinarum euacuatio. Sic enim consueuere crassæ & plumperas, atque omnes simul iplis concoctis euacuari.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet, in ileo nihil excerni, etiam si quis acerrimis clysterijs utatur. Adde, si qui exitialiter se habeant, stercoris uomitum habere: nam interclusa exitus via per inferiora fit hec passio: quod omnes fatentur. Addentesque simul hanc passionem in gracilioribus intestinis fieri, & non in crassis. Saepiusque Galenus edocuit, uel ob inflammationem, uel ob obstructionem, quæ uel à stercore siccо facta sit, uel à crassis humoribus, uel tenacibus ileon fieri.

Vbi legitur, Quod igitur interclusa uia exitus: legi debet, Via inferiori exitus. Nam superior uia est aperta, & Graecus contextus dicit, ὅτι μὲν ἡ ἀρκευλεισθήσης ἐπὶ κάτω στόχοις, idest, quod igitur interclusa inferiori uia exitus.

Vbi legitur, Et propter obstructionem stercoris siccо: in nostro antiquo contextu sunt duas lectiones. Una, καὶ οὐδέ τι εὔφραξιν ἢ τοι πότεν ξεράς, quam lectionem & Leonicenus habuit. Altera lectio est, καὶ οὐδέ τι εὔφραξιν ἢ τοι πότεν σκληράς, idest, uel propter obstructionem stercoris duri. Aldinus contextus eodem modo habet; hoc dempto, quod copulatiue legit. Et propter obstructionem.

Quod etiam legitur, Vel humorum crassorum atque tenacium: Graece est, καὶ γλίχεως ὥσθη καὶ παχέων γίνεται. idest, uel tenacium humorum, uel crassorum, nam ex omnibus his causis ilei fieri constueuerunt.

S E C U N D O docet, sibi uideri in illis intestinis, inflammationem, uel durum tumorem, uel abscessum, tantam loci angustationem facere posse, ut nihil possit ad inferiora transmitti.

Quod legitur, Ut nihil possit ad inferius transmitti, in nostro antiquo contextu duas lectiones sunt, una est, ὃς τε μακρὸν κάτω φέρεται: Aldinus contextus loco huius partcula, κάτω φέρεται, legit στόχοφέρεται, & addit hanc particulam, διώσδε, quæ re uera ad denda erat, haec est lectio, quam secutus est Leonicenus. Altera lectio est, ὃς μακρὸν κάτω φέρεται διώσδε ποτέ, idest ut nihil quāridocque possit ad inferiora transmitti.

T E R T I O Galeno probabile non uidetur, quod crassi humores illa faciant quæ ab Hippocrate in aphorismo dicuntur, tamen non pluris facit si hoc dicatur, & etiam aliud quid præter hoc.

Quod legitur, Non admodum mihi uidetur probabile, in nostro antiquo contextu dupliciter legitur, uno modo, πολλῶν ἔναις οὐ πάντας ψάντες: alio modo, οὐ πάντα τὰ στοματά ἔναις. idest, Non adeo uidetur quid persuasibile esse.

Q V A R T O Galeno id creditu difficile uidetur, quod omnibus Aphorismorum interpretibus uerum esse uidetur. Volunt enim, quod inflammata uescica ex compressione, angustia loci facta, in quibusdam intestinis passio fiat, quæ ileos uocatur: sed ipse fatetur se multis in sua uita uidisse, nonnullos periclitantes solum, multis mortuos non potentes mingere, qui habebant plenam uescicam, ut oculis uidebatur, & dolor eas multū infestabat, tamen non sunt effecti ileosi. unde credere non potest ob uescicæ inflammationem intestino angustiore facto ileon posse fieri, sicuti etiam ex tumore uteri in utero gente nunquam fit ileos: tamen uterus extētus uiscis ad tenuiora intestina, & ad hypochondria pertingere potest, sed uescica supra intestinum rectum solum comprimere potest.

Quod legitur, Verum quod uidetur omnibus, legi debet, uerum quod uidetur ferre omnibus. Graece etenim est, ἀλλ' ἕκεῖνοι γένος φέρουσιν αἴσια.

Quod etiam legitur, Angustia loci facta ex compressione in intestinis, legi debet, in quibusdam intestinis. Graece enim est, ὃ νοι τὴν φύσιόν, idest, In nonnullis intestinis.

Quod etiam legitur, Atqui uiscis ad ilia. Graece est, οὐταρξόντες, at saepius dictum est à nobis, hypochondria interpretanda esse præcordia, & non ilia.

QVINTO alios reprehendit, qui absurdius adhuc loquuntur; nam dicunt febrē su
peruenientem ileo conferre; & re uera ex inflammatione uesticæ fit febris, quæ tanto in
tensio est, quanto maior erit inflammatione, febris enim in hoc casu est inflammationis
symptoma, unde ut hī dicunt ileos est ex inflammatione, & spes sanitatis est ut inflama-
tio cesset, sed inflammatione cessante febris etiam cessat. Et ideo bonum indicium passio-
num, quæ in ileo sunt, est febris uel remissa uel soluta: propterea supueniens febris non
est bonum signum, nec bona causa, etiam si noua non supraueniat, sed augeatur. Nam
febris solum illis confert morbis, qui fiunt ex frigiditate, quandoq; sola, quandoq; cum
humoribus frigidis pituitosis, & spiritibus flatuosis. Vnde dicit, melius esse dicere, nos
ignorare ea quæ ab Hippocrate in hoc aphorismo dicuntur: quoniam neq; possunt ra-
tione probari, neq; experientia uideri. Ex hoc tertium addamus, nihil esse certū, si etiam
Hippocrates, uel aliquis alter similem ægrotū uiderit. Imò Galenus nescit de hoc apha-
rismo quid dicere debeat, an sit Hippocratis legitimus.

SE X T O ipse expositionem quandam assignat, quæ uera est, si quæ altera uera sit:
Melius est, inquit, arbitrii horum causam esse multitudinem humorum crudorum una
cum multa frigiditate. In hoc enim solo casu febris est dispositionis præsidium, & etiam
prædictarum urinarum euacuatio: hoc enim modo urinæ crassæ, & etiam materiæ, ipsius
concoctis simul euacuari consueuerunt.

Quod legitur, Et retentarum urinarum. in Aldino codice, & in nostro antiquo legi-
tur, εργαλειωμένων. sed in alio legitur εργαλειων, idest dictarum.

APHORISMVS XLV

VLcera quæcunque annua sunt, aut etiam diuturniora, os abscedere est neces-
sarium, & cicatrices cauas fieri.

BRASAVOLVS

OSSA in humano corpore sunt basis atq; fundamentum totius machinæ, imò nihil
aliud esse uidetur humanū corpus sine anima, quam ossa ordine quodam colligata, &
carne induita: & ideo supra omnia ossa adest caro, in qua hulcera fiunt, quæ si per annum,
idest diu perdurauerint, imò plerunq; annum non expestant, necssarium est os carnis
subiectum corrumpi, & eius squamas exire: deinde materia expurgata, & cicatrice in-
ducta, fieri non potest, quin sit caua cicatrix, quia ossis portio sub illa carne deest.

Ἐλκετοὶ δέ τοι φύλακες γίνεται. idest, Hulcera quæcunque annua fiunt.] idest, hulcera illa
quæ per annum durant.

Ἐπικρότεροι καίνοι ιχθυοι. idest, Vel quæ longius tempus habent.] Ut uno uerbo intel-
ligamus hulcera diuturna, & quæ diu perdurauerint, & ad cicatricē induci non potue-
re, de quibus à Philo theo dicitur, ἵστοι, ὅπερα θέντα ἐλαφρά ἀστραφά, τὰ πλεύρα, τὰ
χειρῶνα, τὰ φραγμάτωνα, ἢ ἄλλη, οἷς τὸ στεβανόν τοντονθόσ, χρόνος ἡ, ἀλλὰ τὸ πεπονθόσ, χρόνος ἡ, ἀλλὰ τὸ
θραπεύοντος, i. sc̄dum uero q; hulcera antiqua sunt phagædænica, telephia, & chironia.
& phagædænica quidem dicitur, quia exedunt. Telephia autem ab eo qui passus est, sci-
licer Telepho. Chironia uero ab eo qui sanauit. At Galenus hæc nomina despexit, quo-
niam hæc omnia apud antiquos in genere phagædænica, idest exedentia, uno nomine
nuncupantur. Sed fuere posteriores, qui in has species distinctionē fecerunt. Vnum est,
hulcera ista, quæ annua sunt, uel etiam diuturniora, esse maligna: sed tamen non esse re-
ponenda, uel inter anthraces, uel inter phagædænas, uel inter herpetes, ad quas species
omnes alias reducuntur: sed esse talia hulcera, qualia singulis diebus in experientia uidentur,
potissimum in cruribus, quæ sunt malii habitus, & consolidari non possunt. Cur uero in
hulcere diu consolidatio retardetur, multæ possunt esse causæ: quādoq; est multa mate-
ria, quæ ad hulcus defluit, & praua est: & hoc esse potest, quia corpus erit ualde plenū,
ut in his qui aquam intercutem patiuntur: quādoq; est, quia hulcus est in parte glandu-
loso, ad quam continuo humidæ materiæ flunt: quādoq; est ob malam membra tempe-
riam: cum enim membrum sit male temperatum, uis quæ cicatricem inducere deberet
carnem

earnem excrescere faciens, non bene operatur; quandoq; fit ob regimēnū uictus prauum & sine ordine, quo is utitur qui vulneratus est; quādoq; ob quedam extrinseca quæ occurrit, consolidatio fieri non potest, ut cum aliquis ulcus habēs in tibia, lapides saepe offendit; quādoq; fit, qd prius fuerit os detectū, postea creuerit caro, at os prius putruebit, tunc sanari non potest, nisi os abscedat, imo si quādoq; sanari uideatur, non est uera sanitas, ut in multis uidere licet; quādoq; contingit, quia ulcus fistulosum effectum est. Tamen in genere, quando ulcus ita diu perdurat, ut plurimū error est in osse, quod tanquam basis & fundamento carnis, ipsam crescere non sinit, neq; os obtegere. Philotheus ex præcitatī causis nonnullas refert, inquiens, non consolidari ulcera, οὐτε ὑλεῖς οὐτε συγχρόσανται μετασκρασίαι, οὐτούντων ταῦτα πάλι τιμηταὶ γένονται, οὐτε μονοὶ τερποῦσι τηρεῖν, ἀλλὰ θηρεῖν μέχεται τὸν οὐδέποτε. idest, Vel ob humidam materiam in ipsum confluentem, uel ob intemperiem, uel ob exesione uel depaſtione quandam & putrefactionem in ipso factam, quæ non solum carnes tentat, sed & penetrat usq; ad ipsa ossa. De hisq; ulceribus Celsus ubertim tractat libro quinto capite uigesimali, & Paulus libro quarto, capitibus quadragesimoquarto & quadragesimoquinto.

αὐτούλουσον οὐτε ταῦτα. idest, Os abscedere est necessarium.] Quia & si caro supra os plerunq; inducta uideatur, & cicatricem esse factam, tamen uel illuc currente materia, uel osse iam male affecto, & carnem male afficiente, iterum ulcus nascitur, itaq; sepe ac saepius fit, quo usq; illa ossis squama, aut portio abscedat, & caro crescat. quod ita fit, nam paulatim inter illam ossis partem, quæ abscedit, & os ipsum carnē inducit, quæ paulatim crescens os, uel eius squamam ad circumferētiā transmittit, & hoc continuo facit, quoad ipsa ossis portio exierit: quod in dies experiētiā fieri compertum est, sed potissimum in cruribus, brachijs, & capite, imo cum chirurgici uident ulcus alictius ad cicatricem peruenire non posse, prædicit os abscessorum esse, & hoc ut citius fiat, à me dico procurari potest. multaq; à Paulo, Aetio, & Celso ad hoc propositum scripta sunt: sed extremitate præsidium, & id quod ceteris præstantius est, est actualis ignis, qui cito os, quando detectum fuerit, abscedere facit. Philotheus dicit, necessarium esse os abscedere, & quia aliquis totum os intelligere posset, propterea ipse statim dicit, οὐτε ταῦτα οὐτε ταῦτα, idest uel ossium squamas.

Kαὶ τέτοιας κοίλας φρεδῶν, idest, Et cicatrices causas fieri.] Nam osse deficiente, & parcella imbecilli redita, in qua fiat cicatrix: nec ossis loco callus crescit, nec caro in tantum tumorem crescit, ut aliam carnem æquet, propterea cicatrices cauae sunt; ut etiam dicit Philotheus, οὐτε ταῦτα οὐτε ταῦτα. idest, Quoniam pars auilla, carne repleta est, & ad cicatricem peruenit: unde ad æqualitatem peruenire non potest cum partibus illis quæ propinquæ sunt. Scito tamen cicatrices concavas ad æqualitatem arte reduci posse, ut Paulus libro quarto docet, capite quadragesimoctavo: sed hoc fieri nō potest sine dolore, unde Celsus in fine capitū uigesimali quinti libri, inquit, At si uel excreuit cicatrix, uel concava est, stultum est decoris causa rursus & dolorem & medicinā substinerē: alioquin res utrisq; succurri patitur, siquidem utraq; cicatrix exulcerari scalpello potest, si medicamentum aliquis mauult. Idem efficiunt cōpositiones hæc quæ corpus excedunt cute exulcerata: supra eminētem carnem, exedentia medica camenta coniūcida sunt, super concavā implentia, donec utrūq; ulcus sanar̄ cuti æqueatur, & tum cicatrix inducatur. ut hinc uideas caru hulcera ad æqualitatē deduci posse: imo plerunq; contingit, præsertim in adolescentibus & pueris, etiam ablato osse cauam cicatricem non induci, ut nos non semel uidimus: imo unum nunc curamus, à quo & ossis portio exiuit, & non solum cauam cicatricem non fecit, sed caro magis excreuit quam opus esset.

G A L E N V S

Q VAE C V N Q V E ulcera longo tempore manent, uel cicatrice nullo modo adue-
niēte, uel si facta sit rursus reſoluta, nihil uidelicet medicis in curatione delinquentibus, necesse est, uel propter influxum uitiosorum humorū, uel propter dispositionem in membro contractam tempore ex humoris influentibus, uel ob aliquam passionem ossis in eo loco corrupti, difficulter sanari. Alia itaq; ulcera semper maiora, & deteriora fiunt, atq; hæc omnia Phagedenas, idest exedentes antiqui nominabant. Quidam uero

postiores ea distinguere cogitarent propriam singulis dantes appellationem, & quædam eorum chironia nominantes, quædam telephia, quædam phagædænas, & alias adhuc curiosas magis afferentes appellationes. Nobis uero sufficiet ex his quæ aliquid loci occupant circumstantis, nonnulla quidem herpetas, id est repentes nominare, quando summas tantum partes cutis occupauerint, alia uero phagædænas, quæ carnem subiectam corrumpunt. Quod enim putridum, atque depascens à nonnullis ulcus vocatur, non est propria ulceris differentia, sed passio implicita, ex ulcere atque putredine. Scimus autem, quod & absq; ulcere putredo ipsa per se ipsam in multis corporis partibus constituitur. Vocatur aut & anthrax, id est carbo, ulcus escharosum, cui iungitur multus corporum circumstantium fero. Hæc igitur propriam habuere appellationem, anthrax, phagædæna, & herpes. Quæcunque uero ulcera sunt sine dictis casibus, hæc ipsa per se ipsa solebant antiqui ulcera tantum nominare, de quibus nunc Hippocrates loquitur, de his peculiariter edocens, quod quæcunque talia sunt ulcera, in longum incident tempus. Vi detur autem experientia rationi adstipulari, & multa saepius ex hoc genere ulceri, cum post multum tempus fuerint ad cicatricem perducta rursus inflamantur, ac disrumpuntur, ipsarum cicatrice soluta. Fit aut hoc talem aliquam ob causam. Quando ex adhibitis medicamentis, caro quæ ossi superiacet patienti, exiccata contraxerit cicatricem, statim quidem integra sanitas restituta uidetur. Rursus uero paulatim aliqua influente sanie ex osse corrupto, in parte penitiore iterum aduenit inflammatio, & puris generatio consequitur, à quo cicatrix eroditur, caro uero exulceratur. Quænam igitur est taliu sanatio ulcerum? Non profectio alia, quam ab ipso scripta in libro De ulceribus, & à nobis in tertio De arte curativa fuit demonstrata. Nam ulcera omnia exiccare oportet, præcipue uero in quibus patitur os. Terminus autem est siccitatæ ut abscedat pars eius quæ est uitata. Quare non absq; ratione, tantum fieri causas cicatrices contingit, quantam habuebit abscessus crassitudinem,

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus tarditatem reducendi cicatricem in ulceribus ad tres causas deducit, modo medici non delinquent. Una est uitiosorum humorum influxus. Alia est, dispositio in membro ex humoribus influentibus tempore contracta. Tertia aliqua passio ossis in illa parte corrupti.

S E C U N D O docet, omnia alia ulcera fieri maiora & deteriora, & ab antiquis uno uocabulo nuncupari phagædænas, id est exedentes: sed recentes curiosa nomina inuenire, distinguentes in species, scilicet in chironia, telephia, & phagædænas.

T E R T I O ipse docet, satis esse, ex circumstantiis loci quæ occupant, nominare, ut alii qua ulcera dicantur herpetes, i. repentes, quædo in cutis superficie sint; alia phagædænas dici, quæ carnem subiectam corrumpunt: nam ulcus id quod putridum est, & depascens, non est propria ulceris differentia, sed est implicita passio ex ulcere atque putredine: nam & ipsa putredo absq; ulcere, per seipsam in multis corporis partibus ponit, ulcus enim est cum solutione continui, uel perfecta, uel imperfecta: putredo uero plerumq; est in ali qua parte sine solutione aliqua continui: ideo putredo passio est circa ulcus, non aut uera ulceris differentia, quamvis ulcera per putrida, & non putrida, quandoq; distinguuntur.

Quod legitur, Quando summas tantum partes cutis occupauerit. Græce est, ὅταν γένηται τὸν κατὰ τὸν μόνον τὸ στεγμα. id est, Quandoquidem superficialia fuerint, & in ipsa sola cute.

Q V A R T O ad id affirmandum quod dixerat, scilicet quod putredo non sit ulceris differentia, sed passio quædam circa ulcus, dicit etiam anthrax, i. carbo ulcus escharosum esse, cui multus fero circumstantiis partiū iungitur, sicuti putredo iungitur depascētibus.

Quod legitur, Vocatur autem & anthrax: Græce est καλάττω δὲ τὸν κατὰ ἀθραφ, id est uocatur autem quid & anthrax, ac si dicat anthrax habet quid adiunctum.

Q V I N T O infert, hæc propriam appellationem habere, anthrax, phagædæna, herpes: sed cætera ulcera præter hæc, sunt illa, de quibus nunc sermo est ab Hippocrate, quæ ab antiquis simpliciter & sine aliquo addito ulcera nuncupantur. & hac illa sunt quæ diu perdurant. Nec istud solum ratione habetur, sed & experientia comprehendi potest, cum multa ex his ulceribus ad cicatricem ueniant, iterum inflammatur & disrumpuntur soluta

soluta cicatrice; idem contingit, si in osse fuerit corruptio, & ex medicamentis exiccatibus inducta sit cicatrix, uidetur sanitas restituta. At ex osse corrupto quædam sanies in carnem transmittitur, qua iterum inflammationem facit, & puris generatio fit, à qua cicatrix eroditur, & caro exulceratur.

Quod legitur, Post multum tempus fuerint ad cicatricem producta, lege perducta.

Quod etiam legitur, Aliqua influente sanie ex osse corrupto, illa particula, sanie, Græce est ἵψης, alias uero dictum est ἵψης esse pus aquosum & imperfectum.

Quod etiam legitur, A quo cicatrix eroditur, caro uero exulceratur, Græce est, οἴξης, Βιβρώσκοντος μὲν τὴν ὄλην ἐπιφάνειαν, λάκνοντος δὲ τὴν σάρχαν. idest, Comedentis quidem totam superficiem, & carnem mordentis. tamen in nostro antiquo contextu sunt duæ lectiones. Prima illa est, quam habuit Leonicenus, quæ ita dicit, Αἰθρώσκοντος μὲν τὴν οὐλήν, ἐλκυστός δὲ τὴν σάρχαν. Secunda lectio est illa, quam superius citauimus, ex edente quidem cicatricem, exulcerante autem carnem.

Deniq; interrogat, quæ nam sit horum hulcerum sanatio. Respondet illam esse, quæ posita est ab Hippocrate in libro De ulceribus, & quam ipse in tertio De arte curandi libro ostendit. Nam omnia ulcera exiccati debent, & illa potissimum, in quibus os patitur, & terminus siccitatis sit, ut uitia pars abscedat: & ideo non sine ratione, tantū fieri causas cicatrices contingit, quantum offisis abscessus crassitudinem habuerit.

Q Vi gibbi ex asthmate, aut tussi fiunt, ante pubertatem moriuntur.

B R A S A V O L V S

VI D I M V S nos, non semel, pueros ex destillatione ad pectus permeante, quæ & tuſſum faciebat, & anhelitus difficultatem, gibbos effectos esse, tamen diu superuixere, qui tam in anteriori parte, quam in posteriori gibbum habebant, nam pectoris cauitas, ex uero materiæ, & forte motus, magis dilatata est, quam conueniret, adeo ut in anteriori & posteriori parte eleuationes ficeret, & ueluti tumores, in longitudine uero abbreviata retur. hic tamē ab Hipp. dicitur eos qui ex asthmate, aut tussi gibbi fiunt, ante pubertatem mori, quia in his anhelitus fit uralde difficilis, nec pectus praeceps cresceret post, sed pulmo & cor crescunt, propterea diu perdurare non possunt, citoq; moriuntur.

ἐργοι νέοι. idest, Qui gibbi.] Tres sunt apud antiquos gibborum differentiae νέοι, λόρδοι, & συλλωμένοι, primi, quos νέοις Græci vocant, & λυφόν, ac λυρπόν etiam nominare solent, à Latinis gibbi dicuntur, quando spina extorsum flectitur, ut tumor supra dorsum uideatur, unde & νέοι est supra camelī dorsum tumor. λόρδον uero Græci vocant illos, qui oppositam dispositionem habuerint, quādo spina introsum flectitur, ut cauitas in spina fiat, & in pectore tumor, à Latinis regibbi dicitur. Illos autem Græci συλλωμένους nominant, qui in unum latus, uel dexterum sit, uel sinistrum, flectuntur, quos Latini obliquos appellat. Ad eft & quartum genus compositum, quod in dies uideremus quando spina extorsum flectitur, & etiam pectus, nos vulgo hos vocamus ante, & retro gibbos, Latine dici possunt una gibbi & regibbi. In præsentiarum, & si Hippocrates de gibbis solum loqui uideatur, tamen ad regibbos, obliquos, & utrinque gibbos ampliari debet aphorismus. Nam sub hoc communis nomine νέοι, & gibbi plerique omnes haec differentias intelliguntur: tamen tres sola ab antiquis numerantur, quas hoc modo hic refert Philotheus, ἡ ἕτας ἔχεισται ἀδι τὸ ὄπιστο, καὶ καλέσται λύφωσις, ἡ ἀδι τὸ ἔμπεδην, καὶ ὄνομά ται λόρδωσις, ἡ ἀδι τὸ πλευρά, καὶ καλέσται συλλωτος. idest, spina ad posteriora flectitur, & uocatur curvitas: uel ad anteriora, & nominat sinuatio uel cernuitas: uel ad latera, & uocatur obliquitas. Gibbi uero ab extrinsecis causis quandoq; fiunt, & quādoq; ab intrinsecis: ab extrinsecis quidem, ut ab iactu, casu, graui pondere, & similibus. ab intrinsecis uero (ut Galenus inquit) ob parua tubercula, que ex materia faciente asthma uel tussi fiunt. hæc tubercula aliquam partem occupat, ad quam & uertebras trahunt, unde gibbositatem faciunt. Idem Philotheus sentit, omnia fere à Galeno accipiens: nam dicit, ἡλίκης αὐτοῦ ἡ ἔκστοσις, ἡ ἀποκαταρκτικὴ λύτια, ἡ ἀπογεγμόνη γινεται. Εἰ τὰ

πονηταρχτική μὲν, οὐτε δὲ εἰς τὸ πλήγη λιθοῦ βύλον ἢ ἔκστος γένυται. οὐδὲ πλευραῖς δὲ ὅταρ
ἢ τοῖς σωμάτεσσι τὸν απονεύλωμ φύμα ἀπετέλου θρυψᾶ, οὐδὲ γεγονόν. τότε γὰρ εἰς πλάτον, οὐδε-
νοῦ τὸν ψρούμενον, ἐλθονταί τοι τὰ τοιούτα απονεύλωμα, οὐδὲ τὸ ἔρω τὴν σφροχαλέα. Στοκεῖδα οὖται
φύμα πολὺ τὸν σωμάτεσσι τὸν απονεύλωμ τὸν τότε ἐλθονταί τοι τὸν εών οἱ απονεύλωμα, οὐδὲν γάρ
χρεόν ὁ θάρσος, καὶ σύναπτοι εἰπανολευθέα, οὐδὲ τὸν αὔδημα λεγεται. γινεταιονται τὸν αὔδημα τοῦ τοῦ μετ-
ταστοῖς τὸν απονεύλωμα, πάλιν εἰς παχέα δέηται οὐδὲν τὸ φύματον. οὐδὲ τοι λεπτόν οὐδὲν γνεχλώνεται
μόρον οὐδὲ τοι πολὺ τὸν θάρσον, βαθὺς γίνεται, εκκενουμένη οὐδὲ τὸν πραχέας αἴθωμεις. idest, sed hic
excellens, idest hęc naturę exorbitatio, uidelicet gibbositas, uel a causa extrinseca fit, uel
ab intrinseca. & ab extrinseca quidem, ut si ab iictu lapidis uel ligni excessus fiat: ab in-
trinseca uero, quando in spondylorū coniunctionibus tuberculum crudum factum fue-
rit, uel inflammatio. Tunc enim in latitudinem quomodo cunctę factis, spondyli ad inte-
riores partes contrahuntur angustia, uel ad exteriores. Supponatur igitur circa spondy-
lorum coniunctiones tuberculum, ex hoc ad intra spondyli contrahuntur, unde thorax
coarctatur, & anhelitus difficultas cōsequitur: quae asthma, idest suspirium uocatur. Fit
igitur in interstitio spondylorum asthma: uerum tamen si crassa sit tuberculī materia. Si
quidem tenuis pars materiae, scilicet ex ipso circa thoracem adducta fuerit, per asperas
arterias secreta, idest defluens, tussim facit. Tu uero bene considera hunc authorē, quia
satis difficilis in hac parte uidetur.

ἢ ἄθματον. idest, ex asthmate.] Non quidem perseverans asthma, quia illi cito moriuntur: sed materiae quae asthma faciebat, ad spondylos permutata est.

ἢ θυχός γίνονται. idest, uel ex tussi sunt.] Vt etiam materia quae tussim facit, ad spondylos & dorsum transmutetur: non autem quod hæc simul habeant, tamē omnes gibbosos quos uidimus, tales semper habebant & habent anhelitus difficultatem.

*ἢ τοῖς ἀβροῖς, ἀπολύτωται. idest, ante pubertatem moriuntur.] Hic enim supponitur hos esse ante pubertatem. Huius partis sensus duplex esse potest: unus quod hi ante puber-
tatem moriantur, qui sensus uerus non est: nam aliquos uidimus iuuenilem ætatem etiam pertingere. Alter sensus est, quem illi Galenus tribuit, applicatēs illam particulam An-
te pubertatem, superioribus: & non illi parti, Moriuntur. ut sensum faciat, Qui ex asth-
mate uel tussi sunt ante pubertatem gibbi, moriuntur. forte Hippocratem deridere po-
tes: quoniam & recti ipsi moriuntur. Propterea Galenus exponit, cito mori. nam qui
gibbi sunt ante pubertatem adhuc crescunt, & omnia illorum membra simul crescunt,
dempto thorace, qui amplius non crescit: tamē membra quae in ipso sunt, cor scilicet &
pulmo crescunt; cum uero thorax ipse non crescat, maior respirandi necessitas fit, hinc
cito moriuntur. Vnde Hippocrates quando moriuntur non determinat, sed cito mori dicit: tamen Auicenna libro tertio, sen uigesima secunda, ad hoc se determinare uidetur,
quod antequam expuant, moriuntur. Galenus uero solum intelligit, quod hoc cito fiat.
Et Philotheus eandem causam referit, cur cito moriuntur: quia sine augmentatione tho-
rax:partes uero quae in eo sunt, augmentur: καὶ ἐπ' ἐπιφύτευσιν πολυτάτη τάπαι. idest,
Et his non prodest naturalis caloris abundantia. Philothei contextus in fine non dicit
ἀπολύτωται, sed παλεύτωται.*

G A L E N V S

GIBBOΣ solet Hippocrates nominare, quos nunc omnes homines conuexos ap-
pellant. Nam & uere eis est spina in parte posteriore conuexa. Conuexo igitur op-
posite dicitur cauum, gibbo, regibbum. Sed hæc quidem de sola spina Græci dicit: illa
uero de omnibus. Quomodo uero gibbositas fiat, ipse narravit in libro De articulis, si-
cuti & de regibbositate & obliquitate atq; concusso. Hæc enim sunt propriæ atq; præc
puz spinae passiones: atq; oportet illum qui uult istarum passionum habere notitiam, his
quaे in eo libro scribuntur plenius incumbere. Nunc uero à nobis dicentur ea quaे ad
propositum aphorismum uidentur utilia. Gibba sit spina, aliquando propter iustum, aut
calum, gibba etiā sit propter quædam tubercula dura, quae in parte anteriori cōsistunt,
à quibus si quando una uertebra trahitur ad anteriora recurva sit eo loco spina: ita & si
plures fuerint se ordine consequentes, quando uero non fuerint continuae haec quaē ten-
duntur uertebræ, gibbositas sit tantum partibus retro tendentibus quantum uertebræ ex-
tentæ sunt ad interiora reflexæ: nam hoc fieri uidetur in omnibus duris mediocriter ten-
tis

tis, ueluti calamis, uiminiibus, uirgis, & omnibus alijs huiuscemodi: & dictū est de his plenius in expositionib⁹ libri De articulis. Nunc uero eos qui gibbi facti sunt ex asthmate & tussi ante pubertatē cito inquit interire. Neq; enim uult in his thorax, ut ipse dixit, una cum alijs augeri; atq; ideo magna angustia premūtur ea, quæ respirationi obseruentur instrumēta. Omnibus quidem cōmune, qui sp̄ote gibbi facti sunt, hoc est quibus sine ictu uel casu spina passa est, propter dura tubercula, & cōcoqui difficultia, tales fieri. Sed cum multa sit in tuberculis secundū tumorē atq; duricē & locū in quo consistunt differentia, quæ quidem simul dura ac magna sunt cōstituta, statim difficultem faciūt hominibus respirationē. Quæ uero ex suo humore aliquid ad aperam mittunt arteriā, redunt tussiculosos. Verū quæ talia sunt, ut mittant ex suo humore aliquid, non sunt dura exquiste, atq; ideo necessariū est eis aliquādo suppurari, & hominē occidere. Que uero nihil mittunt, ex crassis humoribus ortum habent, atq; ob id dura sunt & incocca, & longo permanent tempore anteq; suppurētur, atq; ideo non perimit hominem. Quæ uero una cum tussi ortum habuere, properant ad suppurationē, atq; ideo sunt exitialia. Sic & quæcūq; cum difficulti anhelitu sunt, sunt his qui adhuc augmentur pernicioſa, uel enim hæc magna sunt, uel in loco thoracis ad uitā oportuno. Quādo igitur pulmo, una cum corde in talibus augeatur, locus autē continens minor efficiatur, neq; costæ augeātur, & inter flectendum, propter gibbositatē thoracem faciant angustiorem, necessariū est tantam in breui tempore fieri anhelitus difficultatē, quod homo corrūpitur. Nam si nondū gibbositate superueniente propter solos tumores extra naturā difficultem habebant anhelitum, quid debemus expectare, cum tubercula sint tempore adaucta: thorax autē sit factus angustior? Quod igitur cum multa sint spirandi difficultates, solam illam Hippocrates asthma cōlueuerit nominare, in quo cōtingit satis crebrum anhelitū fieri, clarum admodum existit. Vocat autem & nunc homines ἡπατίη, idest anhelare id quod fit in cursibus & uehemētioribus exercitijs. Hippocrate autem posteriores, & passionem aliquam diuturnā, nonnulli simpliciter asthma nominant, nonnulli orthopniā, quan- do absq; febre ægroti iugiter anhelitum habent difficultem.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, quā nam gibbi ab Hippocrate dicantur. At pro exquisitiori huius partis intellectione, melius est Græcis uocabulis uti, quam Latinis. Dictū est, hac tria uocabula ὑβοι, λυφοι, & λυφηι idem significare, scilicet gibbum: propterea hic Galenus dicit Hippocratem nominare consueuisse ὑβος, & λυφος illos, quos nunc omnes homines λυφηι uocant. Quoniam uere in eorum posteriori parte spina sit λυφηι, λυφηι quidem opponitur κοιλη, idest cauum, ὑβω autem uel λυφω, idest gibbo, & λεψη, idest regibbum, deinde Galenus docet, ὑβη & λεψη de sola dici spina, idest esse solas gibbositates, quæ in spina sunt: sed λυφηι non solum esse gibbositatem in spina, immo & in omni altera re, quando curvum significare uolumus λυφηι dicimus. At in spina solum, λυφοι & ὑβοι diceremus. κοιλη præterea, idest cauū de omni re dicitur, & non de sola spina, sed λεψη de sola spina dicitur.

S E C U N D O docet, Hippocratem in libro De articulis edocuisse quo nam modo fiat gibbositas, regibbositas, & obliquitas, nam hæ sunt precipue spīnae passiones. opus est cum qui harum passionum notitiam habere percupit, librum illum perfecte legere. nos autē in præsentiarum illa edocebimus, quæ ad propositū aphorismū utilia uidentur.

Quod legitur, Atq; concusso, in Aldino contextu legitur, κοιλη, in nostro antiquo κοιλωσις. In alio codice abest hæc particula, quod magis laudamus.

T E R T I O docet, τως ὑβούτου φάληρος, idest quomodo gibba sit spina. aliquid sit à causa extrinseca, ut ab ictu, uel casu: aliquando ab intrinseca ob quædam tubercula dura, quæ in parte anteriore consistunt, à quibus si una uertebra ad anteriora trahatur, spina in eo loco regibba sit: eodem modo si fuerint plures, sit gibbositas, tantum partibus retro tendentibus, quantum uertebræ extēta sunt ad anteriora reflexæ: hocq; experientia uidetur in omnibus mediocriter duris, ut sunt calamis, & uirgæ, & similia. De hisq; omnibus abunde in libro De articulis diximus. Vbi legitur, A quibus si quādo una uertebra trahit ad anteriora, recurua sit, hæc particula, recurua sit: Græce est λεψηται: nos potius interpretaremur regibba sit, quia λεψη Latine regibbi dicuntur.

Hæc particula, Quando uero non fuerint continuae hæc quæ tenduntur uertebræ; in nonnullis codicibus hæc particula abest; tamen in Aldino, & in nostro antiquo inuenitur: quippe legunt, ὅταν δὲ μή σωματικοῖς ἀσθενίαις οἱ τενήριμοι απόστηλοι.

Vbi legitur, Nam hoc fieri uidetur in omnibus duris medicocriter tentis: in nostro antiquo codice duas sunt lectiones: una, ὅταν ταῦ γάρ οὐδὲ πάντας ἔσται τὸ σκληρὸν μετέως τενῶν πλευρῶν. secunda lectio habetur etiā in Aldino codice, & illam magis probo, quæ est hæc, ὅταν ταῦ οὐδὲ πάντας ἔσται τὸ σκληρὸν μετέως γυνώδην. in qua lectione abest hæc particula, tentis. Videlicet igitur in omnibus duris hoc medicocriter factum.

QUARTO aphorismi rationem reddit: hi cito moriuntur, quoniam thorax unā cum alijs partibus non augetur, ideo premuntur magna angustia instrumenta, quæ respirationi seruiunt. Hoc igitur commune est omnibus gibbis, qui ab intrinseca causa facti sunt, ob dura tubercula, & cōcoctū difficultia tales fiunt. uerum quia tubercula in tumore & duritate multum differunt, & in loco in quo consistunt; ideo magna & dura difficultorem faciunt respirationē, quæ uero aliquid ex suo humore ad asperam arteriam mittunt, tuſſiculosoſ homines faciunt. At quæ aliquid ex suo humore mittunt, non sunt exquisite dura. Ideo opus est suppurari, & aliquando hominem interficere. Quia autem nihil mittunt, sunt ex crassis humoribus, & sunt dura & incocta, & longo permanent tempore, antequam suppurentur: propterea hominem non necant, sed quæ cum tuſſi simul nascuntur, & suppurationē properat, & ideo sunt exitialia: eodem modo & omnia quæ cum difficulti anhelitu fiunt, sunt pernicioſa: quia uel magna sunt, uel in loco thoracis ad uitam opportuno.

Quod legitur, Nec enim uult: Græce est, & γαρ θελει.

Quod etiam legitur, Vnā cum alijs augeri: Græce est, ιφοῦς ξυνάγεισθαι.

Quod statim sequitur, Difficilem faciunt hominibus respirationem: Græce est, difficiiliorem, ηναντοτέρος αὐτινα τοις αὐθεντωτοις εργαζεται.

Vbi etiam legitur, Atq[ue] ideo necessariū est eis aliquid suppurari, & hominem occidere. illa particula Aliquando, ponit debet ante particulam Hominē: ut legatur, Et alij quando hominem occidere, nam Græce ita legitur, καὶ στοιχεῖον αὐτοῖς επινοει, ποτὲ δὲ καὶ οὐαφθέρου τὴν αὐθεντωτον.

Quod etiam legitur, Quæ uero unā cum tuſſi ortum habuere. legi debet, Quæ uero (ut dixi) unā cum tuſſi ortum habuere. nam Græce habetur, ὅταν δὲ οὐ εἰρηνικαὶ θυμοὶ πάστηρι ερχονται.

QUINTO Galenus infert, quum in his pulmo & cor augeantur, & thorax potius decrecat: quia quum flectitur ob gibbositatem angustior fit, neq[ue] costæ crescunt, necesse est brevi tempore tantam fieri anhelitus difficultatē, quod is qui gibbus effectus est, necessario perit: & hoc cito, quia si ex solis tumoribus præter naturam, difficultem habebat anhelitum, quid expectare debemus cum tubercula sunt tempore adauicta; thorax uero sit factus angustior?

SEXTO Galenus docet, quid apud Hippocratem sit asthma, de quo in tertio libro abunde egimus. Est uero talis anhelitus difficultas, in qua satis creber anhelitus sit: imo & illa anhelitus difficultas, quæ in cursibus & exercitijs uehementioribus fit, vocatur ποσθιανη, id est anhelare. Sed qui post Hippocratem scripsere dicunt etiam esse passionem diuturnam. Alij sunt qui simpliciter uocant asthma, alij orthopnoea, quādo ægroti absq[ue] febre iugiter anhelitum difficultem habent.

Quod legitur, πάσαναν per s., legi debet ποσθιανην per d.

Et quod dicit, Orthopnoia: Græce est, ορθόπνοιαν, orthopnoea.

APHORISMVS XLVII

Quibuscunque uenæ sectio, uel purgatio cum medicamento conuenit, hos quere purgare, uel uenam incidere oportet.

BRASAVOLVS

QVIC agitudine aliqua laborant, quæ uel per uenæ sectionem, uel per medicamentum

tum epotum sanari possit; hi statim medicandi, & secunda uena; nec expectandum uer, quia occasio præceps est; sed tunc statim agendum, quādo indigent. Cum uero ab Hippocrate hic uer expectetur, cum Galeno inferre oportet, de his nō fecisse uerba Hippocratem, qui ægri sunt, sed de his qui in æstate solent ægrotare aliqua ægritudine: inter hos uero aliqui sunt, qui per uenæ sectionem; aliqui per medicamentum epotum sanantur, per quodcunq; sanantur, id uere exercesto: ut simili præmoneamur, in uere homines purgandos esse, uel sanguinem auferendum, si opus sit. Galenus uero quando opus sit, & quomodo cognoscat, in libro Quos oporteat purgare, inscripto, edocet: nam si hæc agant, sæpe à sanguinis morbis præseruantur. Vnde & Philotheus dicit, περι φυλακτηρίου λόγου ηγέτης τῶν ἀσφαλέων ὑγιαινόντων ἔργη, ἀλλ' οὐ τοις οἷς ἀσφαλῶς ὑγιαινούσι, οὐ ποσότητι χυμάδη τῶν παχύσαπιν, οὐ φλεβοπομαῖσι συμφέρει μέτρον μὴ πληθωρικὸς λυφθναι νόσοις, οὐ πιστήσι, οὐ οὐδὲ φλεβοφόροις προσώποις πάθεια. i. præseruantius sermo, & in his qui dubie, & cum periculo sani sunt, dicitur. Sed hi qui dubie sani sunt, uel humorum quantitate hoc patiuntur, quibus uenæ secare confert, ob id ne morbis repletionis capiatur: uel qualitate, quos & medicari oportet, ob id ne in differentes ac multiplices morbos incident. οὐδὲ φλεβοπομαῖσι, idest, Quibuscunq; uenæ sectio conuenit.] Quia uasorum plenitudinem habcant,

η φρυξεῖν ξυμφέρει, idest, Vel medicamentum conuenit.] Quia humores corruptos habebit, & mala qualitate affectos.

Τέταρτον τῷ πρῶτῳ φρυξανθεῖν φλεβοτομῶν γένεται, idest, Hos uere purgare, uel uenam incidere oportet. Vt scilicet à morbis præseruentur, in quos incidere possent, nam ut Philotheus dicit, hoc fieri debet, εἰπεὶν τὸν τὸν διαμαστὸν δέηται, ή διαλυτὸν τὸν σωμάτων ἔργαζοι φύσις τὸν πλεῖστην ἀσφέροντα τὸν χυμάδην, οὐδὲ ἀνομαλία ταραχῆσσα τὰς διαθυμίας, ἀλλ' οὐδὲν διαρροεῖσσα. idest, quoniam tunc non est caliditas, quæ corporum dissolutionem facit, neq; frigiditas morbi humorū inferens, non inæqualitas perturbans uitres: sed magis medium temperamentum. Vnde uere purgare potius conuenit, & uenam secare, q; alijs temporibus. Galenus in principio illius libri, cui inscriptionem fecit Quos purgare conueniat, quibus medicamētis & quo tempore, iubet primo sanos non esse purgandos, quia ægre purgatio succederet: & cum medicamētum non inueniat humorē sibi obnoxium, sanguinem & carnes colliquat. Postea addit, At sani quidem adhuc, sed nisi euacuati fuerint, ægrotaturi, præueniendi sunt, & ineunte uere inanienti, uel missō sanguine, si multitudine: uel data potionē, si humorū corruptela morbi capi soleant. Nos etenim podagram & articulorum dolores, inter initia tamen qui neq; adhuc circum articulos nodum fecerant, eiusmodi euacuatione complures annos inhibuimus: non paucos insuper comitiales, attonitos, melancholicos, & huius generis alios diutinos affectus, quos diximus modo, euacuando seruauimus. multis itaq; pituitam, alijs amarā billem, quibuldam nigrā, non paucis aquosa excremēta, ad impendentis morbi qualitatē expurgare conductit; multaq; uitrorum & mulierum exempla Galenus ponit, quos à morbis præseruat: de quibus etiam in Commētatione mentionem facit: imo docet, quibus medicamētis uti oporteat, & quomodo incedendum: diuersosq; assert casus, in quibus uenæ sectione indigemus. & in quibus medicamento, & de hellebori preparacione atq; sumptione per pulchra describit: & quomodo is qui sumpturus est, accingere se debeat. Scito præterea in uere esse multos humores hyeme collectos, quia homines pleniū edunt hyeme, quam alijs temporibus. Idem quoq; homines uere magis robusti sunt, quam alijs temporibus: nec adest frigiditas, quæ adstringat, & euacuationes prohibeat: neq; caliditas, quæ nimis relaxet, propterea ad generales euacuationes præseruantias, uernum tempus cæteris commodius est: & quamuis in alijs temporibus forte aliquæ sint intentiones ad euacuationem: non sunt tamen ita generales, sicuti est in uere. At particulariter ob aliquas imminentes dispositiones prauas in omni tempore fieri possunt.

G A L E N V S

L I Q U E T quod in eis qui adhuc sani, sed ægri futuri sunt, nisi euacuerintur, nunc sermo habetur Hippocrati. Hos enim oportet, ut anticipemus euacuare, uere aduentiente

niente, uel per uenæ sectionem, si plenitudinib[us] passionib[us] subiicitur, uel per purgationem, si eis quæ ex corruptione proueniunt. Nos itaq[ue] plurimos ita seruatim fano[s], qui longo ante tempore singulis annis morbis capiebantur. Sed & podagram & morbum articularem adhuc incipientem, & nondum poros circa articulos facientē, ex tali euacuatione, multis iam annis fieri prohibuimus. Eodem modo & sanguinis spuitio[n]em, morbum comitialem, apoplexiā, melancholiā, & alias huiuscmodi diuturnas passiones in multis hominibus per dictam euacuationē subfutilimus. Vena itaq[ue] secūtio commune auxilium est earum quæ ex plenitudine fiunt dispositionum: purgatio uero sic, si quidem secundum genus inaudias, unum quoddam auxilium existit, non tamen secundum speciem. Nonnullis si quidem confert humores pituitosos euacuare, nonnullis uero amaram bilem, nonnullis atram, nonnullis serofam superfluitatē secundum natūram earum quæ consuetuerunt superuenire passionum. Exempli gratia: aliquis singulis annis incidit in melancholiā, nisi purgetur, & res mira uisu, quomodo morbo iam incohante, statim homo persentit primam eius generationem, & ego aduocatus purgo humores atros & cestat protinus melācholiā; & huic homini ex purgatione ambo haec optima eueniunt, quod scilicet & superfluitates expelluntur, & quod ex acritudine eorum quæ excernuntur, paulatim aperitur os uenæ, quam uocant hæmorrhoida, & per eam etiam excernitur pars aliqua sanguinis uitiosi, consueti euacuari, quo retēto superuenit melancholia. Pурgo igitur ipsum, non uere tantum, sed etiam autumno: & sicuti dixi, si ex contemptu aliquando purgationem omiserit, & morbum non anticipauerit, casus persentit passionis. Sic & mulierem quandam singulis annis, uere incohante, similiiter euacuans cum aliquando tumorem cancerosum in māmillā pateretur, forti, atq[ue] frequenti cum medicamento purgante atram bilem, adhibita euacuatione, ad sanitatē perduxi. Et si quando purgatio omitteretur, dolorē profundum sentiebat, & me aduocato, statim uolebat euacuari. In altero elephantē incohantem, primum per uenæ sectionem, & purgationem sanauit, & singulis annis rursus huic sufficit una purgatio, & ea omissa, statim passio innotescit. Morbi itaq[ue] huiuscmodi, atri humoris exigunt purgationem. Comitialis autem & apoplexia & arthelatiō, pituitosi. Et articulares, si cum multa fuerint caliditate, amarā bilem uolunt euacuari, si uero cum frigidis tumoribus, pituitam. Quidam alius tempore estiū semper febris tertianis corripiebatur. Sed multis iam annis non febricitauit, quoniā à nobis purgari circa finē ueris anticipauit. Sic enim melius est tales euacuare, sicuti illos qui morbo comitiali, apoplexia, melancholiā, & articulari, & alijs passionibus, quæ ex crassis humoribus generantur, praefat circa ueris initia euacuare, de q[ui]bus omnibus seorsum à nobis scriptū est in illo tractatu, qui inscribiſ, de his qui uerno tempore egent euacuatione, est aut̄ iste tractatus pars totius salubris tractationis.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet hunc Aphorismum intelligi oportere in sanis, qui tamen sint futuri ægrī, nisi euacuentur: opus enim est hos uere euacuare, uel per uenæ sectionem, si adserit plenitudo: uel per purgationem, si corruptio in humoribus. Addit[us] se multos seruasse fano[s], qui prius singulis annis ægritudinibus capiebantur, & podagram incipientem enumerat, & morbum articularem, & multos alios morbos, quos tu legere poteris, à quibus nonnullos præseruabat.

Quod legitur, Vere adueniente: Græce est, ἡρόειατάμοντος, idest, uere inuadente, ingrediente.

Quod etiam legitur, Si plenitudinib[us] passionib[us] subiicitur: Græce est, εἰ μάστιχη τὸν αἰτοντούν νοσημασίην. idest, si plenitudinib[us] morbis capiuntur.

S E C U N D O Galenus docet, uena sectionem esse commune auxilium dispositio[n]um, quæ ex plenitudine fiunt. Purgationē uero (si de purgatione in genere loquaris) esse quidem unum auxilium, non tamen secundum speciem, nisi dicat, purgatio in genere est purgatio: tamē in specie sunt multæ, sicuti sunt multi humores, qui purgari possunt: nam humorū pituitoso altera purgatio conuenit, altera bilioso, atq[ue] atrabilario, & serofus humor suam habet, ideo secundum humoris naturam purgare oportet.

T E R T I O Galenus plura exempla describit diuersorum hominum, quos præseruabat, partim uenæ sectione, partim euacuatione per medicamentum,

Primum

Primum exemplum est de quodam, qui singulis annis inciderat melancholiā nisi purgaretur, & quod Galeno mirum uidetur, est quod hic homo statim primam morbi generationem persentiebat, & Galenum uocabat, qui illum ex purgatione atrorum humorum preseruabat: duocū huic contingebant bona, primo euacuantur superfluitates, secundo ex humorum acredine, uenae hemorrhoides aperiuntur, ex quibus portio aliqua uitiosi sanguinis euacuantur, quo refecto, melacholia superueniebat. At Galenus illum bis purgabat, uere, & autumno, & si aliquando purgationem omisisset, symptoma passionis incidebat. Hunc casum, & sequentes, idem Galenus in libro Quos oportet purgare, inscripto, ad uerbum ferē ponit. Hic est præcipiuus locus, in quo Ioannes Manardus fundamenta iecit, quod aloe uenarum ora non aperiat, sed sint acres humores, qui ab aloe mouentur. Nos uero de hac re in nostro simplicium examine egimus, concedentes & acres humores, & aloen, & multa alia id efficere.

Secundum exemplum est de muliere quadam, quæ aliquando tumorem cancerosum in mammilla patiebatur, hanc uere purgabat, fortis medicamento atram bilem euacuante, potequam ipsam in sanitatem restituerat: & si euacuationem quandoq; omisisset, profundos dolores sentiebat.

Vbi legitur, Forti atq; frequenti cum medicamento purgante atram bilem adhibita euacuatione ad sanitatem perduxit; in nostro antiquo contextu duæ sunt lectiones, una est, ἡ ιατρὸς ιχνεύος λεγώντος πολλάκις φαρμάκων πεδάροντι μέλανα. idest, Quam saudavimus saepè fortiter euacuentes, medicamento atram bilem purgante. Altera lectio, quam habet etiam Aldinus codex est, ἡ ιατρὸς ιχνεύος λεγώντος πολλάκις σῆς φαρμάκου πεδάροντι Θ μέλανα.

Tertium exemplum est de hominē qui elephantem inchoantem habebat, & qui primo per uenæ sectionem, & purgationem sanatus est, cui singulis annis sufficiebat una purgatio, qua omissa, statim passio innotecebat.

Q U A R T O Galenus docet, morbos in predictis casibus enumeratos, scilicet in melancholia, tumore canceroso, & elephate, atræ bilis purgatione indigere. At morbus comitialis, apoplexia, & anhelatio, pituitæ purgatione indigent. Cum igitur nonnullos curabis, qui has passiones inciderint, uel ad ipsas saltem proni fuerint, quādo eris in uere, in his pituitam purga, & si expedierit, idem facies in autumno. At morbi comitiales; si cum caliditate sint, indigent purgatione bilis, si cum tumoribus, purgatione pituitæ, hosq; humores uere purgato, per articulares uero omnium articulorum morbos intellige, & etiam podagricos, nam & ipsi articulares sunt.

Q U I N T O Galenus aliū casum refert, de quodam qui singulis æstatib; febre tertiana corripierebatur: multi autem sunt anni, quod non febicitauit, quoniam circa finem ueris purgabatur. Et hoc ideo faciebat Galenus, quia bilis est in illo tempore generata, nam finis ueris quodammodo æstatī naturam sapit.

S E X T O docet, eos qui habent tertianam febrem euacuandos in fine ueris: qui uero habent morbum comitialem, apoplexiā, melacholiā, articularem morbum, & passiones alias, quæ à crassis humoribus fiunt, debent in ueris principio euacuari, quoniā illi humores sunt geniti in hyeme: unde non est opus expectare, quod mouentur, & suas passiones faciant: propterea in ueris principio istos purga. Dicit autē quod de his egit in libello De his qui uerno tempore genti euacuatione, qui libellus est pars totius salubris tractationis. Is uero est superius adductus per hunc titulum, Quos oporteat purgare, quibus medicamentis, & quo tempore, nam hic liber, si consideretur, est huius aphorismi commentatio, nam non solum docet quod uere purgandū, & qui sint illi quos purgare oporteat, sed etiam quibus medicamentis, & nonnulla medicamenta refert, præfertim helleborum, & eius præparationem.

Hic Galenus, & in prædictato libro solū quatuor casus refert, nos possemus centum enumerare, de his qui singulis annis à uarijs affectibus purgati præteruantur; & si non purgentur, affectus illos æstiuo tempore incidunt.

BRASAVOLVS

H V N C aphorismum superius interpretatum habes. nempe est huius libri quadragesimustertius, ubi & Galenus dicit, hunc illi præcedere: intestinorum etenim difficultas, talis inquam, quæ materiam illam euacuet, quæ prædurm liensem facit, est bonum indicium, quia materia de liene ad exitum per intestina transmutatur: sed opus est hoc intelligere, quādo non perseverabit diu, si enim diu perseveret quadragesimertij aphorismi sententiam incidit, scilicet uel hydrops, uel intestinorum leuitas superuenient, & morientur.

Τοῖσιν ταῦταις δέ τοισιν προσθήσθεντας. idest, Lienosis.] In præcitate aphorismo illos lienosos diximus, qui liensem prædurm habent, unde & hic Philotheus dicit, *ταῦταις δέ τοισιν προσθήσθεντας.* idest, Lienosos dicit prædurm liensem habentes.

Δυσγραφίας ταῦταις δέ τοισιν προσθήσθεντας. idest, Difficultas intestinorum superueniens bonum.] Modo longa non sit, sed tanta quæ materiam in liene contentam expurget. Bonum uestro est, ut Philotheus dicit, *ταῦταις δέ τοισιν προσθήσθεντας.* idest, *ταῦταις δέ τοισιν προσθήσθεντας.* idest, Ratione transmutationis, melancholicum humorem infusum spleni effundentem.

GALENVS

P AVLO ANTE A hunc aphorismum exposui, cum sermo habebatur de aphorismo in hūc modum scripto: Quicunq; lienosi à difficultate intestinorum capiuntur, his longa facta intestinorum difficultate, aqua intercutem superuenit, uel leuitas intestinorum & moriuntur. Quare isti impræsentiarum proposito nulla est alia expositio necessaria.

BRASAVOLVS

G A L E N V S hunc aphorismum absq; interpretatione dimittit, ad Aphorismū quadragesimum tertium nos remittens, in quo expositio hūus habetur. In illo enim dicebatur, Quicunq; lienosi ab intestinorum difficultate capiuntur, his longa facta intestinorum difficultate, aqua intercutem superuenit, aut leuitas intestinorū, & moriuntur, propterea hic dicebat hunc aphorismum illum præcedere, quia prius quād sit facta longa intestinorum difficultas, opus est difficultatem intestinorum esse factam, & in principio est bonum; quum incipit prolongari, efficitur malum.

APHORISMVS XLIX

Q Vicinque morbi podagrī fiunt, hi sedata in quadraginta diebus inflammatione finiunt.

BRASAVOLVS

N O N E S T O P V S nos putare Hippocratem simpliciter uoluisse podagricorum inflammationē in quadraginta diebus sanari. Nam experientia docet, & ante decimum quartum diem plerūq; sanari, & etiam post octuagésimum. Propterea Hippocratem intellige de podagrico morbo, qui non sit confirmatus. Nam hi qui confirmati sunt, materas crassas, glutinosas & gypseas habere solent, quæ diu perseverant. Neq; etiam de his loquitur, qui incipiunt, quoniam ante quadraginta dies sanantur: sed eius sermo de his est qui in medio sunt, ut qui nec sunt confirmati, nec nunc incipiunt. Sed iam per multas uices inflamatio facta sit. Hi igitur podagrī morbi in quadraginta diebus inflammationem suam sedatam habent, & finiunt. Celsus capite uigimo quarto libri quarti de articulorum doloribus in manibus pedibusq; agens hæc uerba habet, ubi dolor & inflammatio se remiserit: quod intra dies quadraginta fit, nisi uitium hominis accessit, modicis exercitationibus, abstinentia, unctionibus leuisib; utendum est. In quibus uerbis habes non intelligere in quadraginta diebus, sed intra hoc spatium. Hippocrates etiam in libro De morborum decretorio, inquit, Si qui morbi podagrī fiant, quadraginta diebus plerūq; eorum inflammationes, pítuitaq; sistuntur, tametsi longo tardo ue decretorio, tamen in melius plerunque tendente. ut ex his manifeste ostendat hoc

hoc non esse perpetuum. Aetius idem putauit, morbum intra spatium quadraginta dierum finire: nō autem praeceps, quadragesimo die: nam libro undecimo, capite nono, ubi docet, quare multo tempore aut paucō morbus duret, causam reddit ex humorum diversitate. Postea addit, in podagricis autē & arthriticis appellatis usq; iuncturas per altum repletio ex fluxione contingit: unā cum hoc quod nerui permadescunt, & distenduntur: itemq; ligamenta & pelliculae, omniaq; circumcirca sita: atq; ob id saepe usq; ad quadragesimū diem morbus extendit. etenim cum etiam cessauerit fluxus, necq; amplius ex superiori feratur, replete adhuc multo humore existentes iuncturæ, eum ad circumdata membra delegant. At uero si tenuior sit fluxus, celetrime ægri sanatur, nisi male omnino currentur. Quod si uero quis ex medicis ueram methodum ignorabitib; per resolutiā semper omnes inflammations curet, non in quadraginta tantum dies, sed & in quadringentos, & in omnem reliquam ægri uitam inflammations extendet. Hæc Aetius. Vnde & à Galeno etiam in Commētatione dicitur in quadraginta diebus finire, si nec medicus erret, nec æger. Propterea & hic Philotheus dicit, πολὺ ποδαγρικός τοῦ στρένου οἰδητέρος, καὶ δύσις τάπτει τῷ εργαστρῷ λέγων, ὅτι φύτονται ποδαράκοντα μέσταις πλευρον, καὶ τρεπαστον. καὶ γάρ εἰ λεπτόν ἐν τῷ ἔνθη καὶ ταχύτορος ἀρφλεγμάνουσιν, εἰ δὲ περιγένεται γλίζερον, ὃν πλειονα γίνεται, πλισθεῖσαν πόρρω τὸν ποδαράκοντα μέστων τὸ μητριόν, καὶ περιττα, διότι τὰ φύτα στρένουσται οὐχά τὸν ποδειχόνταν αὐτὰ σωστομαρτυροῦσιν ἐνκρατῶντας γένεται, καὶ τὰ τῆς σωστομοις ἐπιτείνοντα, ὡν γάρ προπονούσιν εἰς έντονον πατέονται τὸν ἔγχωντα οὐχότα τὴν πυκνότητα, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ μογισαντα. idest, de dispositionibus podagricis nunc differit, & extremitum ipsarum tempus definit, inquiens, quod in quadraginta diebus inflammatio cessaat, & abscedit. Etenim si quod fluit, tenuerit, citius inflammatio sedatur. Si uero crassum & glutinosum, in pluri tempore, uerumtamen quæ longissima est, non longe à quadraginta diebus inflammationem sedat. Et causa est, quoniam humiditates ipsas in dearticulationibus circumdantium ligamentorum per evaporationem euacuare oportet, & ea quæ in ligamentis incidere, quæ enim ratione ægre aliquid in se humiditatis externæ propter densitatem suscipiunt; cadem ratione & uix dimitunt.

ἴοντες ποδαγρικά νοσήσατε γίνονται. idest, Quicunq; morbi podagrī fiunt.] Omnes Graci contextus quos uiderim, ita legunt. Nonnulli autē recentes legere uolunt, Qui buscūq; morbi podagrī fiunt, quam lectionem non probamus, licet in uerum sensum duci possit. Non probamus autem, quia in nullo codice ita habetur. Sub morbis autem podagrīs arthritides etiam intellige, atq; ischiadas: de quibus tertio libro abunde egimus: & Paulus libro tertio, capite leptuagesimo octauo: & Aetius libro duodecimo, capite sexto, & per multa capita sequentia.

Τῶν τοι φλεγμάνων τὰ φύτα ποδαράκοντα μέστην ὄφραδίσαντα. idest, hi sedata in quadraginta diebus inflammatione finiunt.] Intellige in aliquo die in toto hoc spatio cotento. Scito etiam non terminari semper in quadraginta diebus, quando est confirmata: nec illuc peruenire, quando incipit: uel forte, quando est confirmata, iudicaret Hipp, id est factū, uel uitio medici, uel uitio ægri: unde si nullus erret, etiam si sit confirmata, in XL diebus inflammatio cessaat: uel intelligamus Hippocratem de sola inflammatione intelligere, quod sedetur. At quod deinde materiæ aliquæ adhuc resoluendæ relinquantur, de hoc non curat Hippocrates, modo inflammatio ipsa quadragesimum diem non pertingat. Et quamuis inflammatio calidum humorem importare uideatur, tamē de omni intelligit: licet nōnulli per hæc uerba, sedata inflammatione, putariint Hippocratem hic solum de podagra calida intelligere, & non de frigida. Galenus tamen in Commētatione ostendit, in omni podagra genere, & in omni iuncturarū dolore hoc esse uerum, ut statim uidebimus. Et si petas quæ sint illa, quæ faciunt magis diuturnas, & magis breves affectiones podagrīcas. Dicemus, esse materias crassas & tenues, molles & duras, liquidas & glutinosas, & etiam esse uires uitales, quæ naturali calore innituntur, & quæ sit huius rei causa.

G A L E N V S

P O D A G R I C O R V M inflammatio fluctione fit ad articulos decumbēte: hanc autem fluctionem suscipiūt, primum quidem loca articulationū, deinceps circumstan-

QQ

tia

tia omnia, usq; ad cutem. Quia uero impleri dicimus articulationes, liquet etiā ea quæ ipsi circumcidant ligamenta extendi esse necessarium. Nervos igitur, & chordas non est rationabile in ipsis inflamari, sed solum dolere, cum simul articulationes extenduntur, argumento quoniam uisus est nunquam podagrīcus pati conuulsionem, quæ frequenter solet in neruorum, ac chordarum inflammationibus aduenire: uerum intentio sanationis in eis communis est omnibus inflammatione laborantibus, quoniam dissolui oportet id quod ad pedes defluxerit, si quidem tenuorem habuerit substantiam tempore breuiore, si uero crassam, uel tenacem longiore: & longius adhuc tempus requiri si simul crassum, atq; etiam tenax illud quod defluxit existit: ultra tamen spaciū dierum quadrageinta non prorogabit curatio inflammationis, si uidelicet & medicus in suo opere non aberrauerit, & æger illi in omnibus obedierit. Quæ uero carnosas partes occupat inflammatio, morborū acutorū subiicitur termino, diebus scilicet quatuordecim: quoniam carnis substantia mollior est, ac rarior natura ligamentorum, unde & tardius inflamari incipit natura ligamentorum, chordarum, atq; neruorum ex iectu, & longiori tempore ad consistentiam inflammationis perueniunt, ac tardius sanantur. Quia enim ratio ne uix aliquid in se humoris externi suscipiūt cum duræ sint ac densæ huiuscmodi partes, hac ipsa ratione cum difficultate dimittuntur. Quapropter Hippocrates podagrīcis inflammationibus terminum integræ solutionis non diem quartūdecimum, sed quadragesimum posuit, quia qui in articulationibus humores infundunt, per ligamenta ipsas amplexantia oportet per modum uaporis evacuari, & qui etiam in ipsa ligamenta incidunt. Meminit autem & in Prognostico quadrageimi diei, ut in quo iudicantur quæcūq; nec iam sunt diuturna exquiste, nec acutorum minimum exciderit. Dicunt autem est plenius de talibus in tractatione dierum iudicatoriorum.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet, quomodo in podagrīcis inflammationes fiunt, nempe sicut materia ad articulos pedum decumbente, hanc uero materiam primum recipiunt articulorum loca, deinde omnia circumstantia loca usq; ad cutem. quia uero articulationes implentur, & *στιλατοι*, idest ligamenta quæ circumcidant, extenduntur, unde nervi & chordæ in his non inflamantur, sed bene dolent, quia simul cum articulationibus extenduntur. Istud hoc argumēto probari potest, quia nunquam podagrīcus uisus est qui conuulsionem passus sit, tamen ipsa frequenter fieri solet in neruorum & chordarum inflammationibus.

Vbi legitur, Podagricorum inflammatione fluxione fit ad articulos decumbēte, deest particula, pedum, & in plurali legitur in codice Aldino inflammationes, & in secunda lectione nostri antiqui codicis. In prima uero lectione in singulari legitur φλεγμονή. Graece igitur scriptum est, *αἱ ἡταν ποδαργεικὴ φλεγμονὴ, θύματα οὐ εἰς τὸν πόδην αἴρεται ταπεινήσθαι γίνονται.* idest, Podagricorum inflammationes fluxione fiunt ad articulos pedum occupante, & manifeste appetit, pro podagrīcis necessarium esse pedum articulos specificare.

Quod etiam legitur, Sed solum dolere, cum simul articulationes extenduntur. Legi debet, cum simul articulationibus extenduntur. Graece enim legitur, *καὶ μένοντος στιλατοῦ ταῦτα πλευράσσων εἰσιν αἵδη.*

S E C U N D O docet, intentionem sanationis in his illam esse quæ communis est omnibus. primo enim id dissoluere intendimus quod ad pedes defluxerit. Id si tenue fuerit, breui tempore dissoluetur: si crassum sit, longiori indiget tempore: si tenax, longiori: si crassum simul & tenax, adhuc tempore longiori indigebit: tamē inflammationis curatio, nunquā prolongabitur ultra quadrageinta dies, modo nō erret medicus, nec ipse æger.

Vbi legitur, Et longius adhuc tempus requiri, si simul crassum atq; etiam tenax illud quod defluxit, existit. deest particula, multo: Graece enim legitur, *καὶ πολὺ ἐπικαλλον, εὐλίχροον ἀμέτητον τὸν παχὺ δένοντα γόνον μακεοτόπον,* idest, & longius adhuc multo tempus requiri, si simul crassum atq; etiam tenax illud quod defluxit, existit.

T E R T I O docet, inflammationem quæ in carnosis partibus fit, acuti morbi tempnum ingredi, qui est intra spatium quatuordecim dierum, nam carnis substantia si multo mollior, atq; rarior ligamentorum natura; & ideo ex iectu etiam tardius inflammatur nerui

nerui, ligamenta & chordae, atque diu perseverant, anteque ad inflammationis consistentiam perueniant, & anteque sanentur. nam haec partes eadem ratione superfluitates quas recepererunt, cum difficultate dimittunt, cum sint durae ac densae: qua etiam difficultate easdem superfluitates recipiunt, unde & difficulter recipiuntur: & cum receperint, difficulter etiam dimittuntur.

Q V A R T O Galenus ex his causam insert, quare Hippocrates non dederit decimum quartum diem terminum inflammationibus podagrīs: sed quadragesimum. quia humores, qui sunt in articulationibus per ligamenta ipsius amplexantia, per modum uaporis euacuari oportet: immo & illos per modum uaporis euacuari oportet, qui in ipsa ligamenta inciderunt.

Denique Galenus dicit, quadragesimæ diei mentionem fecisse Hippocratem, ut in qua iudicatur morbi qui non sunt acuti exquisite, & etiam illi qui extra terminum acutorum ueniunt. De his uero Galenus in libro De diebus iudicatoriis plene locutus est, & Hippocrates de his agit in secundo Prognosticorum libro.

Quod legitur, Nec acutorum minimum exciderunt, legi debet, & acutorum terminum exciderunt, nam Graece habetur, οὐδὲ τὸν ἔφεων ὑπόστριψικαὶ ὄρος. idest, Et acutorum excesserunt terminum.

APHORISMVS L

Q Vibuscunque præciditur cerebrum, his necesse febrem & bilis uomitum superuenire.

BRASAVOLVS

E X T O R T A huius aphorismi è Greco in Latinum uersio recentes aberrare fecit, ipsi enim in antiqua translatione habent, quibuscunque cerebrum sursum concurrit, que uerba coegeri illos Siculas gerras excogitare: Sed in Leoniceni interpretatione nugas aliquas inuenire non est opus, immo breui & facile id nobis proponit Hippocrates, quod in prædicendo, & cognoscendo proficiet: si alicui cerebrum præcidatur, necessarium est hunc febrem incidere, quia est membrum ex principalioribus, & ex magna communitate cum ore uentriculi, necesse etiam est bilem per uomitum emitte. Est autem cerebri præcisio in profundum excisio, Philotheo dicente, οὐρανοῦ λέγεται, τὸν δέ πάθος τούτου, idest proscissionem dicit incisionem per profundum, & per altitudinem cerebri. Tuque omnem cerebri, idest sua substantia incisionem intelligere potes, uel magna sit uel parua.

Celsus libro quinto capite uigesimali sexto uulnerati cerebri signa, & eius membrana ponens, inter ipsa differentiam facere non uidetur. Inquit uero, si cerebrum, membrana ue eius uulnus accepit, sanguis per nares, quibusdam etiam per aures exit, fereque bilis uomitus insequitur, quorundam sensus obtunduntur, appellatiq; ignorant, quorundam trux uultus est, quorundam oculi quasi resoluti, huc atque illuc mouentur, fereque tertio, uel quinto die delirium accedit, multorum etiam nerui distenduntur. Ante mortem autem plerique fascias, quibus caput deligatum est, lacerant, ac nondum uulnus frigori obficiunt. Febris uero non meminit Celsus, tanquam illius quæ necessario consequitur. Paulus libro sexto capite octuagessimo octavo, uulnerati cerebri hec signa ponit. homo subito decidit, obmutescit, faciem distorquet, tum bilis uomitus, sanguinisq; per nares & aures effusio insequitur: albus etiam quidam humor & pultaceus, si aditum habuerit, per uulnus exit. Hipp. in principio primi libri De morbis, de uulnere capite hæc dicit. Bilis uomitus febrisq; superuenit, quidque corporis sydera, peritq;.

ἴσησιν ἀν δέ γέλει φαλού οὐρανοπά. idest, Quibuscunque præciditur cerebrum.] idest, ipsa cerebri substantia: & ut Philotheus dicit, ἐπό τον πεφάσι τα ταρκτούς αττικαίς στρατιώτες τηλεῖ. idest, ab aliqua causa, quæ facta sit extrinsecus, per profundum incisum sit. Quod fieri non potest, nisi & eius membrana præcisa sint.

Τετταῖον ἀνδρῶν πυρετόν. idest, His necesse febrem.] scilicet superuenire, quia cerebrum membrum principale est: quod patitur, & cum corde colligantia habet per multas uenas & arterias, unde in incisione putredo fit, & per uenas & arterias fumi putrescentes continuo cordi cōmunicantur, & febrem faciunt. Galenus solum hanc causam redit, quia est principale membrū: & etiam Philotheus dicens, febrem fieri, στρατιώτες τηλεῖς λέγειον οὐτε μορογ. i. propter hoc quod ipsum inflamat, cū sit principalis pars.

Kαὶ ξέλος εἰμὶ οὐ πάτερ οὐδὲν. i. & bilis uomitum superuenire.] Nam cerebro paciente ob colligantiam, quam habet cum ore uentriculi, in duobus magnis neruis, necesse est os uentriculi pati, eo patiente propinquae partes illuc tenuiores partes, quas habent, & illas quae facilius currere possunt, transmittunt: hæ autem sunt bilis, & etiam teste Galeno, serosa superfluitas, nam (ut Galenus dicit) raro sola bilis euomitur sine serosa superfluitate mixta, hinc absceso cerebro fit sanguinis uomitus. Nos uidimus & pituita uomitū fieri, propterea putamus illos humores euomi, qui tunc in uentriculo sunt, imo & uidi mus cerebrum præcīsum habentes, qui nihil euomuere. Philotheus eādem causam assīgnat, scilicet fieri bilis uomitū, ἐπειδὴ παθόσις τὸ τυφλωματικὸν, πάντα τὰ μόσχα, οἱ μάλιστα τὸ σῶμα τὸ γαστρὸς ὡς νεῦρα ἔχει πολλὰ ἢν αὐτῷ, καὶ φύσην λεπτονείη τὸ ταξάσηται, οἱ δὲ τῆς λεγάσθει πατούσιν χυμῶν πθοσκελεῖν συμφέοι, οἱ ὡς λεπτοτοπεῖ τὸ ξέλωμα πεπτέχει. i. quoniam neruorum principio paciente, omnes partes, & præsertim os uentriculi, tanq; id in quo sunt multe nerui, secundū naturā mouentur, & perturbantur, & in euacuatione omnīum humorum confluxum excitat, & biliosa tanquā tenuiora præcurrunt. Tamen si in uentriculo præ fuerit pituita, ipsa potest in uomitu præcedere: de febre autem illos, quos curauimus, & nunc unum in cura habemus, ex præcisione cerebri, statim in principio febrem necessaria non incurrit, sed aliqui cum iactu mox febre capiuntur, aliqui prima die, aliqui seunda, aliqui quarta, aliqui usq; ad septimam hyeme peruererūt, quod non mirum est, nam hi alio qui erant sani, & probos humores habebant & nondum erat facta putredo, postquam uero coepit, simul & febres coepere. Dicit uero Hippocrates, necessariū esse febrem superuenire, non autem quod simul fiat. Disputatio præterea fit apud recentes, si aperta caluaria fumi exire possent, quibus putredo mixta est, an fieret febris, nonnulli putant hunc posse usq; in sanitatem absq; febre progredi nos autem dicimus, & si ali, qui putridi fumi excant, tamen multos etiam per uenas & arterias pertingere cor.

G A L E N V S

P R A E C I S O cerebro aduenit febris ea ratione cōmīni, qua quolibet membro principali paciente inflammationem, subsequitur febris. Bilis uero uomitus fit compatiēte uetriculo propter eius cum cerebro communicationem, ore præsertim ipsius ad quod terminatur ex cerebro effatu digna quædam neruorum coniugatio. Consuevere quidem & aliter in magnis doloribus, atq; mœroribus fortibus ad uentriculū fluere biliosa superfluitas, & multo magis cū ipse male affectus fuerit. Ad ea enim quæ talia sunt, feruntur partium proximarū superfluitates, quæ præsertim tenuem habent subficiām, qualis est ipse biliosus humor, atq; una cum eo quæcūq; serosa superfluitas, quæ sæpius in uomitibus bili cōfiscantur: & raro admodū accidit, ut bilis exquisita euomatur, cui serosam superfluitatē non uideamus admixtam. Apparet autem & in sanis, cum diu à cibo abstinerint, præsertim in illis qui natura sunt biliosiores, tales in uetriculo humores admitti, quod & ipsius morsus & uomitus manifestant, non solum aut cerebro uulnerato euomunt homines bilem, sed & dura membrana circumstante, quæ cū in multis partibus sit cerebro agnata, citissime ei cōmunicat proprias passiones, Erasistrati autem sectatores cum ipsas membranas uelint esse principia neruorum, membranam crassissimam inquiēt non sive naturæ ratione, si sola sit uulnerata, tales afferre casus. Si uero usq; ad cerebrum uulnus peruererit, quoniam ambæ membrana prius illud admiserint, sic nuper dictarum sequi passionum ortum fatebuntur. Dixi autem Erasistrati sectatores, & non ipsum Erasistratum talia dicturos, quoniam cum fam senex esset, ut illi inquiūt, scripsit libros Divisionum, in quibus cerebrum esse neruorum principium demonstrauit. Dictum autem est de his in Commentarijs de Hippocratis sectione.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, cur febris fiat, & inquit, ea ratione communi fieri, qua sit principali membro inflammationem patiente: semper enim ad inflammationem aliquius principialis membra consequitur febris.

S E C U N D O docet, bilis uomitum fieri ob compassionem oris uentriculi, propter quædam magnam neruorum coniugationem, quæ à cerebro ad os uentriculi tendit.

T E R T I O docet, cur bilis uomitus fiat, quia non solum in præcisione cerebri, sed etiam in magnis doloribus atq; mœroribus, biliosa superfluitas ad uentriculum fluere solet

solet, & tanto magis fluuit, quanto uentrículus ipse magis patitur. nam eo compatiente, superfluitates proximarum partium ad ipsum deferuntur, & præsertim illæ superfluitates, quæ tenues sunt, qualis est bilis & serosa superfluitas, quæ cum bile miscetur; immo si uomitum considerabis, raro puram bilem euomi videbis, quin serosa superfluitas illi mixta non sit; immo & sani, qui diu à cibo abstinent, in uentrículo similes humores colligunt: & hoc præsertim in natura biliosis: hoc cip manifeste deprehenditur, & ex oris uen triculi morbo, qui nō nisi à bile fieri potest; & deniq; ex ipso uomitu oculis bilem ipsam ostendente. Quod legitur, Commiscentur; lege in singulari Commiscentur.

Q V A R T O Galenus docet bilis uomitum cōtingere, non solum cerebro ipso uul nerato, sed & dura membrana uulherata, quæ fit in multis locis cerebro agnata, & quæ citissime proprias passiones cerebro communicat.

Q Y I N T O docet, Eralistrati sectatores non dicere, fieri uomitum bilis si dura mem brana præcidatur, ob id quia cerebrum compatiat: sed ob propriam membranæ natu ram: nam uolunt neruos ab hac membrana oriri, & nō à cerebro. propterea ratione hu ius membranæ, & non ratione cerebri, os uentrículi compati uoluere, ad quod duo ma gni nerui tendunt. Et si dicas etiam præciso cerebro bilis uomitum fieri, inquit ratio ne membranæ fieri, quia cerebrū præcidi non potest, nisi prius & dura & mollis mem brana præcidantur.

Quod legitur, Non sive naturæ ratione: legi debet Affirmatiue, scilicet sive naturæ ratione, quia Eralistrati sectatores uolebant id fieri sive naturæ ratione, & non per cere bri cōpositionē. Et præterea cōtextus Græcus affirmatiue legit, οὐδὲ μὴ τὰς ἐνταῖς φύσεις.

S E X T O ostendit, cur dixerit Eralistrati sectatores, & non ipsum Eralistrati: quia (inquit) dicunt ipsum libros dissectionum, quum senex esset, composuisse: in illis uero cerebrum esse principium neruorum demonstrauit. Sed de his Galenus dixit in Com mentarijs De sectione Hippocratis,

Quod legitur, Scriptis libros divisionum: potius legendum est Sectionum. Græce enim est, Στατικῶν Βιβλία. Nam & si diæresis divisionē significet, in præsentiarum potius interpretari conuenit sectionem, per quā humani corporis sectionē annotamus.

Quod etiam legitur, Dictum autem est de his in Commentarijs de Hippocratis se ctione: legi debet, Dictum autem est de his amplius in Commentarijs de Hippocratis sectione. Græce enim habetur, λέπεται δὲ πολὺ τὸ ταῦτα ὑπόπλεον γὰρ τοῖς πολὺ τοῦτοις ἀντίτιμον.

Q Vicunque sani dolore capitū repente capiuntur, & statim muti fiunt, & ster tunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit.

BRASAVOLVS

HIC aphorismus ad ea prædicenda quæ futura sunt, optimus est, & ad curatiū par tem plurimum confert: nam qui ita sani sunt, ut nulla in ipsis videatur læsa operatio, & repente capitū dolore capiantur, & post hoc statim uocem amittant atq; stertunt, hi in septem diebus pereunt. nam hæc symptomata fieri nō possunt, nisi multa materia in capite sit, quæ cerebri uentrículos occupet. hæc enim in principio dolorem facit, postea sensus auferit, unde & apoplexiā incident, quæ cum sit morbus peracutus, septimum diem transire non possunt, quin pereant, uel sanitati restituantur. At cum hæc affectio à frigida & humida causa fiat, propterea si febris apprehenderet, quæ est præter naturam caliditas, hi euadere possent. nam hac caliditate frigidam & humidam materiam, quæ affectionem inducebat, resolvi contingit, nisi ergo superuenerit febris, septimum diem transire non possunt.

Huius aphorismi affectio potatoribus plerūq; cōtingit, ideo cum Græci continua compotationibus uerentur, & præpotentia uina haberet, propterea in hæc discrimina saepe incidebant, & ideo Hippocrates in pluribus locis huius aphorismi mentionem fa

QQ, cit. primo

cit. primo enim in secundo libro De morbis, quem Galenus Hippocratis esse non negat, in principio dicit: cum dolor caput repente corripit, confestimque uocem intercipit uiresque, septimanus hic moritur, nisi ignis superueniat: quod si fiat, sanescit. Per ignem uero febrem intelligit: nam & sua lingua ignis uocabulo utitur, inquiens, οὐ μὴ πνέει τὸν θερμόν, id est, nisi ignis (id est febris) apprehenderit. Statim Hippocrates huius rei causam assignare uidetur, inquiens: Patitur autem hec, quum ipsis nigra bilis in capite mota defluit, & maxime quatenus plurimæ uenulae in ceruice & pectori sunt; deinde postridie stupecat, uiresque amittat, quum sanguis refrixit. Si uero fortis adeo sit, uti sanguinem castiat, siue porrectis, siue per se sanguen tollitur, spargitur, mouetur, spirat, spumescit, bilis separatur, sanescitque. Si uero uires non habeat, magis friget: quum uero penitus refrixit, calorque eius defecit, cogitur, nec mouetur, sed perit. Si uero temulentia haec patiatur, etenim eadem patitur, peritque. Hic igitur uidere potes Hippocratem, qui ex atra bile rationem reddit. Nos uero ex pituita fieri diximus: tamē non negamus, etiam ex atra bile posse contingere, præsertim pituitæ mixta. Additque unum hoc loco Hippocrates, quod in aphorismo non est, scilicet uires esse imbecillas. Idem Hippocrates paulopost in eodem libro de eodem ferè agens, inquit, Si sanus repente caput dolitet, mutescatque & sterat, hiet: quem si quis uocet, non sentit: solum gemit, multū mingit, nihil inde resipiscit: qui nisi febris corripiat, septem diebus perit: si uero corripiat, plerunque sanescit. Et non ab re dixit Plerūque, quia etiam non est necessarium sanescere. Docetque eodem loco Hippocrates hunc morbus senes magis quam iuvenes uexare. Post haec posita cura cundem casum in ebrietate describit: de qua superius aphorismū fecerat Hippocrates. Idem habetur apud eūdem authorem in tertio De morbis libro, cum in principio inquit, Cum grauis capitinis dolor repente per exordia mutum facit, præsertim cum temulentia fiat, se ptimanus hic perit, quod minus temulentis euénit, uti muti pereant. Hic igitur & de temulentis & de non temulentis intelligit, ponitque differentiam, quia temulentí rarius muti pereunt. Idem Hippocrates prope finem libri De morborum decretorio, eandem cantilenam refert, inquiens, Quibus sanis caput subito dolet, mutescunt ac stertunt, dieque septimo pereunt, nisi febris supercapiat. In fine etiam illius partis quarti libri De ratione uictus in morbis acutis, ubi de altero anginæ genere loquitur, de uocis defectu, qui decimoquarto die in febribus fit, & etiam in alijs diebus, differit. Galenus præterea in fine libri De bono corporis habitu, ubi ostendere uoluit repentinæ omnium functionum resolutiones per præcipuam unam indicari, de eo qui statim mutus fit, uerba facit: sed mentionem non facit, quod prius caput doluerit. eius uerba haec sunt, Cum quis subito mutus redditur, uenarum interceptiones corpus infestant. Repentinæ enim omnium functionum resolutiones per præcipuam unam indicavit. Interceptiones autem plenitudinem dixit, cum uidelicet uenæ perspiratu nullo refrigerantur. Vult autem ipse ex uenarum interceptione fieri mutum: sed hoc fieri posset ab alia causa, quæ non esset in capite, tamen cum uehemens capitinis dolor præcedit, ut in aphorismo dicitur, ab alia causa, quam à capite fieri non potest.

διέστοισι οὐ γίνονται, id est, quibuscumque sanis.] Sed quomodo sanis, si repente capitinis dolorem incidunt? Sunt sanis apparenter, & etiam uere sanis quo ad actiones, at intus habent causas, quæ repente ægritudinem inferre possunt, nempe multis humores crassos atque glutinosos in cerebro, eius uer membranis.

Ἐξ αὐτοῦ δύσιλια γίνονται ἢ τῇ λεφαλῇ. id est, repente dolores in capite fiunt.] Vel quicunque sanis dolore capitinis repente capiuntur: ut Leonicenus interpretatur. Intellige uero dolorem intensum, qui fit in toto capite, & proprio dolorem, quem recentes aggrauatissimum uocant, & qui hunc hominem ferè stupidum reddat, & aciei ingenij obtusæ, quo notetur esse materias crassas atque glutinosas in capite contentas.

Καὶ παρεγγίγεται ἀφωνία γίνονται. id est, Et statim muti fiunt.] At quomodo sciemus, hos dolore capitinis uexari, si absque uoce erunt? Respondemus, antequam muti effecti sint, de capitinis dolore, qui repente apprehenderat, conuercerantur: immo hic de repentino capitinis dolore cōqueri debuit, mox uocem amittere: ut diebus superioribus nobili Comiti Ludouico Sacrato contigit, qui de repentino capitinis dolore conqueri cœpit, & statim mutus effectus est; nam apoplexiā incidit, & in septem diebus cum remississima febre desiderari

desiderari cœpit. Quod dicit ἄφωνος, sine uoce significat, & non proprie muti: quia muti non audiunt, nec unquam loqui possunt: sed hi si sanantur, iterum loquuntur.

καὶ ἔγχεισιν. i. Et stertunt.] Tamē non est uerum stertere, sed potius est anhelitus impeditus, qui libere exire non potest, undein uia sonitum illum quasi stertentis facit.

γράπτει μαρθηνού ἀπόλυται. idest, In septem diebus pereunt.] Nam apoplectici efficiuntur, & apoplexia morbus est peracutus, qui septimum diem non transit.

ἥπι πυρεῖς ἀλαβήσῃ. idest, Nisi febris apprehēderit.] Quæ etiam adeo uehemens sit, ut has materias quæ apoplexiā faciūt, resoluere possit, debetq; esse debilis apoplexiā nam fortē soluere impossibile est. Debilis igitur apoplexiā sanari potest superueniente febre, humores attenuante, & ad neruos propellente. Ex hac enim febre uel non moriuntur, uel non in septimo. Nam Hippocrates simpliciter non dicit hos non mori, sed non mori in septimo. Sed intellige etiam, quod sanentur, ut eius sententia, quas ex alijs suis libris superioris adduximus, ostendunt, febrisq; superueniens intensa esse debet, unde in libro De morib; febris illa quæ in hoc casu superuenire debet, uocatur πῦρ. i. ignis: tamen non est opus adeo intensam esse, ut uires deiciat, quia hic postea ex febre more retrur, & citius etiam, quam ab hac debili apoplexiā. Philotheus totius aphorismi rationem ita reddit, ποδὲ καὶ πληρῆς σχέλετον, καὶ τάπτω λέγει τὸν ἀρχὸν τὸν ἐπίτασιν, καὶ τὸν τελετῶν ἀκμὴν. i. οὐδὲ δὴ αὐτὸς ἀρχὴν πληστὸν τοῦ ἀρχαίφυτον γνόμονον τοῦ πάκα τοῦ βαρύτερον γεγένεται τοιποτῷ πνευματῳ παχεών πικρωψίων, ἐμφράξεω τελείας ψυχουλίνης τοῦ γεγενέσθαι τοῦ ἐπίπευτον ἀναμετάστησις, καὶ ἀφονία γινεται, τοις διαδικούσι τοῖς πάκαις. οὐδὲ τοῦ τοῦ φύσταις, φρέγανην ἀποβιβασμὸν αναπνοὴν ἀθρίνεται, πληστὸν ἀκμὴν, καὶ ἀρχηνότοντον ἔαν μὴ πυρετὸν ἀλαβήν. οὐδὲ γαρ πυρετὸς ἀλαβήν, αἰσλύνεται τὸν ὑποκενθίσαντα φρέγανην, καὶ λεπτώσα, καὶ λιαφαρέ, καὶ λιαλίνε ψεύδεται τοῦ θανατοῦ. idest, De apoplexiā uerba facit: & hanc dicit principiū intensionem sive incrementū ac summum & finalem uigorem esse afferentem, scilicet interitum, huius igitur principiū declaratur ob repentinū dolorem, factum ab humorē graui & glutinoso. Post modo spiritibus crasis effectis, & perfecta, idest ualida obstructione cerebri facta, non amplius ad neruos uis ac robur emititur, & uocis priuatio fit. Quæ declarat morbi incrementum seu intensionem. Si igitur haec fiat, sterturt, idest uolēta respiratio superuenit: & sic declarat finalis ille uigor. Nam moriuntur, nisi febris inuaserit: si enim febris inuaserit, subiectā in capite materia resoluit & attenuat ac discurrit: & ne mors accidat, prohibet,

G A L E N V S

M V T O S solet Hippocrates nominare, non eos tantum quibus lœdittur uox, uerum secundum exuperantium quandam, una cum eius læsione dat nobis intelligentias omnes quæ sunt secundum electionem operationes. Nonnunquam igitur illis oblaſtis non interit sensus. Quos igitur ipse mutos appellat, contingit esse sentientes. Sed sibi patiuntur, & tales affectum uocant apoplexiā. Est autem & hæc alia quidem debilis, alia uero fortis, atq; ideo dixit: Soluere apoplexiā fortē impossibile, debilem uero non facile. Videtur autem nunc fortis apoplexiā indicium apposuisse, quod stertere dixit, quod etiam profunde dormientibus accidit secundum dispositionis similitudinem, secundum diuersum quidem utrīsq; modum. Nihilominus quantum aliquid habent commune, ut stertant cōsequitur. Est autem commune ambobus eius quæ fit per neruos operationis debilitas, & dictum est de his amplius in ea quæ de locis patientibus inscribitur tractatione. Nunc uero quātum ad expositionem aphorismi sufficiet, dicetur à nobis. Quibus sanis dolor in capite repente aduenerit, cauām reſerre oportet imprimis ad spiritum flatusum. Sed iam & ad influentis uniuersim materias multitudinem, quam & nunc ad cerebrum suis delatam indicant casus qui post dolorem superuenient, per quos & quod sit quædam materia pituitosa monstratur, atq; idcirco febris superueniens soluit dispositionē, ut quæ calefacit, extenuat, atq; resoluit spiritum flatusum, & pituitosos humores. Fit autem hoc nonnunquam tribus diebus, aut quatuor, nonnunquam uero pluribus, non tamen ultra dies septem, quia pars est principalis. Tales uero partes non diu tolerant fortes simul ac diuturnas passiones, ut sibi ostendimus.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet, Hippocratem non solum illos uocare ἀφώνας, id est sine voce, quibus uox lēditur, sed per exuperantia quādam semper intelligere solet omnes operationes quae sunt secundum electionē, quandoq; uero illis lēsis, non interit sensus,

S E C U N D O dicit, illos contingere esse sentientes, quos aphonous, id est sine uoce appellat, tamen utraq; sēpe patiuntur, & talis affectus apoplexia uocatur.

T E R T I O apoplexiā in debilem, & fortē distinguit, ostendens nunc Hippocratem de debili intelligere, ut ostendit id uerbum φύγειν, id est stertere, nam qui perfecta apoplexia detinentur, non sterunt, nec curantur, sed stertere etiam contingit profunde dormientibus secundum dispositionis similitudinem. At secundum diuersum modum, & diuersam causam.

Q V A R T O docet, stertere, quod in apoplexia est, & quod in profunde dormientibus, habere quoddam commune, quod est debilitas operationis, quae per neruos fit. de hac autem re Galenus tertio De locis affectis libro capite decimo de apoplexia, & eius modis agens differit.

Q V I N T O ad aphorismi expositionem conuertitur, inquiens, si sanū, capitī dolore capiantur, necesse est ad sp̄ritū flatuosum causam referre, & ad materiā multitudinem, quae uniuersim influit, & qua ad cerebrū peruenit, ut ex his symptomatibus, quae post capitī dolorem sequuntur, facile conjectari possumus, per qua symptomata, & quod sit materia quādam pituitosa ostenditur, & propterea superueniente febre dispositio soluitur, nam febris calefacit, extenuat, & sp̄ritū flatuosum, pituitosq; humorē resoluit.

Vbi legitur, Causam referre oportet in primis ad sp̄ritū flatuosum, deest una particula scilicet præcipue uel, maxime, nam Græce habetur μέλιστρος πνεύμα φυσιόσθετος φρέσχος γένη τηλί άπιαν. id est, Causam referre oportet præcipue in sp̄ritū flatuosum.

Deniq; Galenus docet, hoc quod in aphorismo dicitur, non fieri præcise in septimo die, sed quandoq; in tribus diebus aut quatuor, quādoq; in pluribus, tamen nunquam excedunt septimum diem, quia pars illa quae affecta est, principalis est, partes uero principales, fortes simul ac diuturnas passiones diu tolerare non possunt.

APHORISNVS LII

O Portet uero & considerare oculorum indormientibus suspiciones. Nam si quid album commissis palpebris subinspiciatur, neque ex alui profluvio, aut medicamenti potionē istud contingat, malum est signum & letale ualde.

BRASAVOLVS

H I C aphorismus totus prognosticus est, imo & ab Hippocrate primo Prognosticorum capite quarto & sectione decimaquarta ponitur. Hæc autem sunt eius uerba, Considerari conuenit hunc in modum suspiciones etiam oculorum per somnum: si quid enim candidæ partis subapparet commissis palpebris; nec alii fluor, aut medicamentum in causa sit: nec etiam ita dormire consuevit, uitiosum iudicium exitialeq; admodum est. Eadem præcise in hoc aphorismo repetuntur, & Galenus in suis primi Prognosticorum commentarijs diffusius quam hic præadducta uerba interpretatur, tamen tota rei ratio & hic ponitur. Est autem sensus, In aegris præsertim qui febre correpti sunt, quomodo habeant oculos dum dormiunt, obseruare oportet: quippe dormientes, genas clausas habere solent. At si febriens commissis palpebris, non bene, nec integrē committere possit: sed nescio quid albi inspiciatur, quia parum aperta sint, est signum malum & letale, nam significatur has partes ex uir morbi esse adeo exiccatas, ut claudi nō possint. Scito tamen, si hoc ex alui profluvio contingat, aut ex epoto medicamento, quod capitā partes imbecilliores reddiderit, nullum inconueniens, nec letale est. Philotheus præcedentem aphorismum & istum ita coniungit, ut unum faciat, & una sola comminatione utatur, ac si hic aphorismus præcedenti deseruiat, ita scilicet quod illi in septem diebus

diebus pereant, sed oportere oculorum in dormientibus suspiciones considerare. Verba eius hæc sunt, in cōmentatione præcedentis aphorismi posita: τὰς σκοτωέις γραπτὰς τὴν φάσιν τὸν οὐρανόν, τὸν λευκὸν καὶ τὸν φαρμακοποιὸν τὸντα, χαλιπόν. Μηδεὶς γε παντελῶς θεώντας τὸν πανταχοῦ μνημόν, τὸν τόπον τῆς σάκρας Θεοῦ, εἰ δὲ μη ἐμφάνηται τὸν λευκὸν, ἀγαθοῦ σημεῖον. Σίον ἐξωμοιλίας μετειπλήσσεται τὸν διάστασιν.

ideft, uerūtamen considerare oportet, & oculorum suspiciones: si enim superueniente febre, aliqua pars albi appareat, non ex aliui profluuiu uel medicamentū imbecillitatem, & prōpter hec etiam totius corporis, si autem quid albi non appareat, bonum signum est: quoniam uim robustam ostendit. Tamen & si Philotheus hunc aphorismū febri præcedens coniungat, est per se & simpliciter intelligēdus, & in omnibus febribus prognosticus est. Celsus hunc aphorismū libro secundo, capite sexto, sed breuioribus uerbis refert: nam de indicijs mortis agit, & pluribus indicijs positis, hoc etiam addit, Perq; somnum palpebræ non committuntur: sed inter has ex albo oculorum aliquid appetet, neq; id fluens aliud expressit. Celsus de epoto medicamento mentionem ullam non facit, quia per fluentem aluum illud intellexit. nam medicamentum epotum id ob aliud non facit, nisi quia euacrat, & materias ad infernas partes trahit, atq; debilitat.

Σκοτωέις δὲ γράψας. idest, Oportet autem considerare.] scilicet si quis tentet perfecte de agro quid futurum sit, prædicere.

Καὶ τὰς ψευδαίρεις τὴν φάσιν τὸν παντούς. idest, Oculorum in dormientibus suspiciones. Id est quomodo oculi dormientium maneant. Nam & si in ægris multa sint circa oculos Prognostica signa, ut si bene uideant, uel non; si obtorti sint, uel non; si tardi ad motum, uel festini; si concavi, uel prominentes, hic solum Hippocrates iudicium ferre uoluit, quando sunt clausi, & dormiunt, secundum modum quo committuntur, & has uocat ψευδαίρεις, quasi suspiciones, cum enim aliquid albī appetet, suspicere uidetur. Galenus in decimaquarta primi Prognosticorum sectione, dicit, quid sint suspiciones per hæc uerba edoceri ab Hippocrate: si quid enim subapparet candidæ partis cornu illius palpebris.

Ἡγαρ τὴν φάσιν τὸν λευκὸν συμβαλλομένῳ τῷ βλιφέρῳ. i. nam si quid albi commissis palpebris subinspicitur.] Commisis quidem, sed non bene commisis. Hoc autem albi (ita enim legi debet, & non album) uideri non possit, nisi palpebrae essent parum apertæ, & non bene commissæ, quod sit, uel ob siccitatē, uel ob potentia ipsas mouētis imbecillitatem: siquidem ex nimia siccitate sit, est pessimū indicium: & hoc facile uidetur in palpebris, quæ natura siccæ sunt, si uero ex imbecillitate sit, pessimū etiam est: nam totum corpus imbecille esse significatur, & cerebrum ipsum quod supereft palpebris.

Μὴ εἰ σφραγίδιον ἔνται. i. Nec ex aliui profluui contingat.] quia ex aliui profluui humidas quæ in cerebro est, exiccatur: quia exiccata, palpebra etiam exiccātur: itaq; inepite clauduntur. At hoc non est malum signū, quia & si exiccati, illa siccitas est ob humiditatem defectum: non quod materiæ, quæ in palpebris sunt, exiccentur, ut fit quando ex uero febris exiccantur. Et si petas cur hoc signum in uigilantibus non cōsideretur. Respondeo id esse in causa, quia non tenent oculos clausos, & quia uigilantes liberā uoluntatem habent, quæ præcipere potest, ut conatus fiat, & oculi claudātur. Hoc anno millesimo quingētelisimo trigesimali anno, plus q̄ ducētos dysentericos curauimus, in quibus non nihil albi subspiciebat dum dormiebant, inter quos pauci obiere, & alii superuixerent. Propterea in omni genere proflui hoc signum tanquam certum sumi non potest.

Ἐκ φαρμακοποιῶν. i. Vel ex medicamenti potione scilicet hoc contingat, etiā non est signum certū: nam & ui medicamenti, cerebri humiditates deorsum trahuntur, & palpebra exiccātur, & earum uis motiva, ut Galenus primo Prognosticoru dicit, imbecillior redditur; propterea non est malum indiciū, i. exitiale. Alia ab Hipp. primo Prognosticorum referuntur, scilicet q̄ non sit ita dormire cōsuetus, quia hoc nec bonū nec malū significare potest. Nonnulli reperiunt, qui ob palpebrarū breuitatē, uel ob uapores ascēdentes oculis apertis uel semipertis dormire cōsueti sunt. In hoc genere sunt ebrij, qui semipalpebris dormiūt: & hoc etiā puerulis libricos uētris patētibus cōtingere solet, tamē sanant, nos indies puerulos curamus, in quibus aliquid albi subapparet, & sanant.

Galenus

Galenus primo Prognosticorū uniuersaliter ita cōpletebitur: non esse malum signū, quādo ab extrinseca caūla hoc fiat; est autem malum, si intrinsecam causam conseq̄atur.

Φαῦλογ δὲ σημεῖον, καὶ θαυματῶδεσ σφόδρα. idest, Malum est signum, & letale ualde. Imodo ab intrinseco fiat, quia significatur nimia ex febris uistione palpebrarum siccitas, uel nimia imbecillitas, uel utruncū simul. Dubitant nonnulli, cur in ethica & phthisi hoc albi non appareat. Respondent, quia siccitas in ethica contingens, est magis uniformis & consuetudinaria. At nobis hoc dubium absurdissimum uidetur, quippe in ethica & phthisi quando sunt prope mortem, immo & si non sint adeo prope, non nihil albi commissis palpebris dum dormiunt subinspicit. quod nos uidimus sexcenties, & obserua uimus; tamen non est necessarium, hoc indicium in omnibus esse.

G A L E N U S

AV T ob palpebrarum siccitatē, aut propter potentiaē ipsas mouentis imbecillitatem aliquid albi subinspicitur, cum oculi integre claudi nō possint. Ob hoc igitur ipsum in aliis profluvijs, & medicamentorum purgantium potionibus oculorum albedinis aliquid subinspicitur, quādo dormierint: nam totum corpus exiccatur, & uires fiunt imbecilles ex talibus euacuationibus. Plus autem siccitas in palpebris innotescit, quoniam sunt natura siccæ. Sicuti ergo coria exiccata difficulter extenduntur, eodem modo & similes corporis partes. & quidem quod potentia existente imbecilli non possint exquisite oculos claudere, sed neq; os, unde hiantes dormiunt, liquet unicuique rei naturam diligenter animaduertere.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus causam unam reddit, cur aliquid albi subinspicitur. Est autem quia oculi integre claudi non possint, quod ob duas causas contingit: una est, siccitas; altera est, potentiaē mouentis palpebras imbecillitas.

S E C U N D O docet, in aliis profluvijs, & in φαρμακοποιίαις, idest in medicamentis epotis, aliquid albi in oculis subinspicit quando dormierint, quippe ex his euacuationibus, & totum corpus exiccatur, & uires imbecilles fiunt. Et si peras, quare nō est ita malum in his siccitatibus ex profluvio aliij, & medicamento epoto, sicuti si simpliciter sint. Respondemus, ex epoto medicamento, uel profluvio breui cessant, & non habent in se ipsis ansam prosequendi. At si ex morbo fiat, & totius imbecillitate, quia adhuc perseuerant, & imbecillitas, & genarum siccitas: propterea malum in his est.

T E R T I O causam asfignat, cur siccitas magis appareat in palpebris quam in alijs locis, quia sunt natura siccæ: nam eadem est in palpebris ratio, qualis est in corijs: cum enim exiccantur, difficulter extenduntur: eodem modo & palpebrae, quando exiccantur, difficulter extenduntur.

Q U A R T O experientia uerum esse docet, si uis sit imbecilla oculos exquisite claudere non possint, immo neq; os: nam hi hiantes dormiunt, ut manifestū est unicuique rem ipsam diligentius considerare uolenti.

In Commētationis calce adest particula hæc Volenti, quæ debet esse ultimum Commētationis uerbum. Chalcographus incuria omisit, nam Leonicenus imperfectā sentiam non fecisset, & in Græco contextu adest particula, βεληθύνη.

A P H O R I S M V S L I V I

DEspiciētia quæ cum risu fiunt, securiores: quæ uero cum studio, periculofiosores.

B R A S A V O L V S

D E despiētia, quæ à Græcis παραφροτώς dicitur, multa à nobis superius disputata sunt. etenim sunt quedam mentis alienaciones, inter quas aliquæ sunt placide, quietæ, & cum risu; aliae perturbatae, uiolenta, & cū sollicitudine. Illæ quæ cū risu fiunt, magis secundæ sunt, i. minus malæ: nam à materia magis benigna depéndent: unde minus malas esse cōtingit. At si cum studio atq; tristitia fuerint, sunt periculofiosores, quia à materia magis maligna ortū habēt. Philotheus definita despiētia, quatuor eius species enumerat, cum infinita

infinita sint, inquiens, παραφροσών διηπ ἔκστος λεγομέν. τάντη δὲ παραφράσιον τέσσαρος.
 ιν γέ μετεῖται, οὐτὶ μόνη γίνεται τὰλι ἀκετεῖται, εἰκ περινές θερμασία γίνονται, εἰ δὲ ἄλλη σφρούρα,
 πάρα, εἰδὸν παρασεπτάθεται θράστρα καὶ οὐ βέβαιη ἡτοι πλείου θερμασία γίνονται, εἰ δὲ διάλλη σφρούρα
 πάρα, εἰδὸν θερμασίας πρότερον, ἀδι παντελῶν θερμασία γίνονται εἰκ πελαγοχλικόν λυτόν. οὐται
 ἐν τόπῳ μετέντα γίλωτρον εἴσιν, αποφαλέστραι είσιν. δίποτα ἀδι σκυνθροτόρας θερμασία γίνονται, θρυψ
 μέναι δὲ πάντας θράστρα. οὐται δὲ μετέντας θράστραι εἰσιν. δίποτα ἀδι σφρούρας θερμασία γίνονται θρυψ
 μέναι εἰκ παραφράσιον. i. desipientia autem est rationis alienatio. huius autem quatuor sunt
 differentiae. est enim mediocris, que sola fit, verum sine causa, ex leni adustione facta. est
 & alia uehemetior, ex quo perturbat & audaciam & iniurias intendit, ex multo maio-
 ri adustione facta. est uero & alia uehemetissima, ex quo est ferinis moribus, ex summa
 adustione facta, causa atrabilarij humoris. omnium igitur harū illæ quæ cum risu sunt,
 securiores sunt: quoniam ex uix apparente adustione fiunt, à sanguine concitatae. Quæ
 cunctæ uero cum studio fiunt, periculosiores sunt: quoniam in uehemeti adustione fiunt
 ex bile flava concitatae. Nota tamen hunc Philothei locum mutilum uideri, ut qui
 promittit quatuor desipientæ differentias, sed tres solum uidentur. Satis difficilis est.
 Tu illum considera.

Αἱ παραφροσών, idest desipientæ, dementiæ, captiones mentis.] In quibus cogitati-
 uæ, atq; extimatiæ uis, uel secundum Græcos phantasæ deprauantur. Idq; fit ex uapo-
 tibus in cerebrum ascendentibus, qui à materiebus melancholicis eleuatur, & in capite
 firmati rationem perturbant, & secundum materierum naturam fumi eleuantur, qui di-
 versos desipientæ modos faciunt. Sunt enim infinita fere desipientæ species.

Αἱ πλευτές γίλωτρον γίνονται, idest, Quæ cum risu fiunt.] Illæ cum risu fiunt, quæ ex
 atra bile per adustionem sanguinis facta generantur, nam in hac bile atra sanguinis na-
 tura quodammodo mixta est. Propterea non est adeo secca & arida, nec adeo frigida ut
 alia. Vēl fiunt ex atra bile sanguini cōmixta, æque enim sanguis est atrae bilis frenum,
 sicuti bilis. Hæ uero dicuntur cum risu, quia hi gaudent, sperat: & fatuitates quas agunt,
 de bono aliquo præsentे, uel futuro sunt, & omnibus assidentibus solatium præstant,
 nempe noxia non parant.

Αἱ φαλέσπαι, idest securiores.] Non quidem securiores, ut Galenus dicit, quia hæ sim-
 pliciter securæ sint: nulla enim desipientia secura est, sed sunt minus periculosæ: nam hi
 possunt facile domari & curari, quia humor est magis ad curationem suscipiendam pa-
 ratus & minus rebellis, quam is qui in alijs desipientæ generibus uiget.

Αἱ δὲ μετέντας, idest, Quæ autem cum studio.] Hoc est, illæ uero quæ cum tristi-
 tia quadam sunt, & cum alicuius mali præsentis uel futuri cogitatione, quæ ex atra bile
 fiunt, uel ex bilis adustione, aut ipsius atrae bilis. In nostro antiquo codice sunt duæ le-
 ctiones: una iam dicta, αἱ δὲ μετέντας, idest, quæ autem cum studio. & hanc lectionem
 habebat Leonicenus, & Aldinus codex habet, & Theodorus eodē modo habuit: nam
 uerit, deliria quæ cum risu accident, tutiora quam quæ serio. Alia lectio est, αἱ δὲ μετέ-
 ηλαθμοῦ, idest, quæ uero cum fletu, haec lectio mihi non displicerit: nam fletus risu oppo-
 nitur. Constat autem in hac secunda aphorismi parte, Hippocratem oppositum dicere
 uoluisse, quam in prima dictum sit.

Αἱ σφραλέσπαι, idest periculosiores.] Nam fiunt ab humorē magis renitente & magis
 prauo: unde & difficilius curantur, & grauiora incident symptomata.

G A L E N V S

N V L A quidē desipientia secura est, minus uero periculosæ quæ cum risu fiunt,
 sicuti temerariae, ut ipse nominat, omnium periculosissimæ, in medio autem am-
 barum sunt, quæ cum studio fiunt. Fiunt autem omnes patiente cerebro, siue primo & per
 seipsum, siue per cōpatiendi rationem. Differunt autem inuicem per causas ipsas efficientes.
 Quæcūq; enim ex sola fiunt caliditate sine humorē uitioso, similes quodammodo sunt eis
 quæ ex ebrietate contingunt. Quæcūq; uero ex flava bile, cum studio perficiuntur: ipsa
 uero multū exusta, ut iam magis ad atrae bilis naturā accedat, sunt insaniæ sati furiosæ.
 Nam oportet ad memoriam reuocare, ea quæ in alijs locis de atra bile præfiniuimus,
 quod quadam ex ea flava bile superaffata gignitur, quæ omnino molestissima est. Quæ
 uero ex sanguinis, ut quispiā dixerit, sece, crassior quidem est illa secundū substantiā, sed
 plurimum

plurimum differēs prauitate qualitatis. Dic̄tum autem est quod eam quā est ueluti sex sanguinis, cum uolumus exquisite loqui, nondum atram bilem nominamus, sed humorem melancholicum. Nominibus uero abutentes, & atram bilem aliquando uocamus, quoniam si non prius euacuetur paulopost atra futura est.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, nullam esse securam desipientiam, nam omnes sunt curtu difficultes, sed illae minus periculosae sunt, & facilius curantur, quae cum risu fiunt, & tres desipientiarum modos enarrat, has cum risu: & temerarias, quae sunt omnium periculosissimae: & illas quae cum studio sunt, quae inter illas quae cum risu, & temerarias mediae sunt. Temerariae autem à Galeno θρασεῖς uocantur.

SECUNDΟ docet, omnes desipientias fieri, uel cerebro primo paciente, uel aliqua parte paciente, & ipso compatiente.

TERTIΟ docet, per efficienes causas inuicem differre, quae sunt uel mala qualitas, uel humores adusti.

QUARTΟ docet, illam quae fit ex sola caliditate sine humore uitioso, esse illi similem, quae ex uitioso humore contingit.

Quod legitur, Ex ebrietate: legi debet, Ex potu uini. Nam Græce habetur, ὡς οὐ νον πάσαις.

QVINTΟ dicit, illas fieri cum studio, quae ex flava bile orisfitur, quae si non sit multum adusta, desipientiam intensam non facit. Si uero sit adeo exusta ut ad atræ bilis naturam ferè accedat, insanias satis furiosas facit.

SEXTΟ iuber, illa in memoriam reuocare, quæ in alijs locis de atra bile dicta sunt, quandam scilicet eius speciem ex superassatione flavae bilis fieri, & hec est omnino pessima. illa uero quae ex sanguinis fece & coeno fit, est quidē crassior in substantia, quam illa quae fit à flava bile, tamē est multo mitior, & habet qualitatē multo minus prauam.

Vbi legitur, Quae uero ex sanguinis (ut quispiam dixerit) fece, deest uocabulum coeno, nam legi debet, quae uero ex sanguinis (ut quispiam dixerit) coeno & fece. Græce enim est, η δὲ εἰ τὸ διατρέπω αὐτὸν τὸ ιδίον καὶ την γένη.

SEPTIMΟ notat, bilem atram, quae est ueluti sanguinis sex, non debere dici bilem atram, si exquisite loqui uelimus: sed nūcupari debet humor melancholicus, quandoq; autem nominibus abutētes ipsam atrā bilem uocamus, quia si non euacuetur, in atram bilem transmutatur. de illa uero sermonem habuit in quarto Aphorismoru libro, aphorismo uigesimali, ubi & nos de illa ubertim differuimus.

APHORISMVS LIVI

IN acutis passionibus quae cum febre sunt, luctuosa suspiria malum.

BRASAVOLVS

ACVTÆ passiones cum febre apud Hippocrate sunt, lateralis morbus, peripneumonia, phrenitis, & similes aliae: si in his luctuosa suspiria, idest spiritus ingeminations & difficultates tales fiant, ut respirare cogat, & spiritum ingeminare, pectoris partes ex febrili calore exiccatas esse significatur, quod malum est: nam est uel cōuulsio, uel similia cōuulsioni passio, uel uitium imbecillitas, unde id spiritum attrahere non potest. uel igitur aliquæ harū simul sint, uel omnia, uel unū, malū est, sed quāto plura, tanto peficiuntur. η πάσαις φέτος παθήσασι. idest, In acutis passionibus.] Inter has autem aliquæ sunt cum febre, aliquæ sine febre. Suntq; acutæ passiones illæ, quae habent sœua symptomata, & quae cito finiuntur.

Τοιοι μετὰ πυρεῖν, idest, Quæ cum febre sunt.] Ut ostendat se de illis passionibus acutis uerba facere, quas febres concomitantur.

Αἱ λαυριάδες ἀναπνοές, τραχύς. idest, Luctuosa suspiria, malum.] Malum inquā, quia quum in febre sint, ex repletione esse nō possunt, ideo sunt ex inanitione. Vnde uel ob pectoris siccitatem fiunt, uel ob conuulsionem, uel ob potentia mouentis imbecillitatem

tem, ex quacunq; harum fiant, semper malū est. In alio enim quarti libri aphorismo (est autem sexagesimus octauus) dicit, In febre sp̄ritus offendens, malum, conuulsionem enim significat. ubi idem intelligebat per offendentem sp̄ritum, quod hic intelligit per luctuosum scilicet ingeminatum sp̄ritum, qualis is est, quem plorantes faciunt. Cū uero ἀναπνοή respirationē significet, nobis uideretur, Hippocratis uerba ita uertēda esse, Luciosas respirations, non autem suspiria, quia ut plurimum sponte fiunt suspiria, quamvis & inuitu quandoq; contingant. Sunt uero luctuosae respirations, non illę necessario in quibus fit luctus, sed luctui similes, quia respiratio ingeminatur, cum una uice motus ille perfici non possit.

G A L E N V S

IN F A N T E S s̄pē uidentur quo plorant tempore inspirantes inspiratione interrup-
ta, stante interī thorace, deinde rursus id quod deest adiūcēte. Quod ipse in Epidemijis in hunc modum dixit. Duplex intra reuocatio, ueluti super inspirantibus, & accidit hoc nonnunquam potentia fatigata, nonnunquam ex duritate instrumentorum, nonnunquam uero ambabus causis simul conuenientibus, sed & aliquando propter aliquā muscularum pectoris similem conuulsioni dispositionem. nam & uis imbecillis quando semel nequuerit tantum thoracem attollere, quantum animali est necessarium, in media stat operatione, primum quiescens, deinde sic iterum cum impetu se effert. Durū uero instrumentum, cum non prompte sequatur potentiam attollētem, ab ipsa uibratum uiolenter attollitur. De dispositione autem simili conuulsioni, quid oportet dicere quod talem faciat respirationem? Si igitur frigus musculos thoracis apprehenderit, uel etiam neruos, durities quādā instrumentis adueniet, & motus conuulsioni similis, quā febris sua est apta natura sanare, & calida auxilia. Febre uero cum his existēte non possumus cauſare muscularū thoracis, siue neruorum frigiditatē, sed uel duritiem quē facta est, uel uirium imbecillitatē, uel conuulsioni similem dispositionem. Quicquid uero horum in causa sit, non est bonum ut in morbo acuto contingat. Si itaq; de sola tacta motione instrumentorum respirationi obseruētū luctuosa respiratio ab ipso dicta fuit, iam ad finem exppositio peruenit. Sin autem & cum tali aliquo sonitu uult tactam contingere respirationem, qualis flentibus accidit, ultra dictas causas quandam ostendet dolorosam dispositionem, ex qua ueluti flentes, uel gementes, uel aliquem mixtum ex utrisq; sonum edentes, in hunc modum respirant.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus ut exponat quid per luctuosa suspiria intelligere oporteat, de infantibus exemplū tribuit, qui cum plorāt, interrupte respirent thorace stante, & deinde id quod deest adiūcēte, & respirationē perficiēte: ut ingeminatio quādā uideatur, hocq; ipse in libro Epidemiorum posuit, inquiēs, Duplex intro reuocatio ueluti inspirantibus.

S E C U N D O docet, hanc ingeminationem cōtingere quandoq; ex imbecillitate potentiæ, quādāq; ex instrumentorum duritiē, quandoq; ex utrisq; causis simul, quandoq; ob aliquam dispositionem in muscularis pectoris conuulsioni similem.

T E R T I O ostendit, enumeratas causas, luctuosa suspiria efficere, & primo de imbecillitate uirium certum est, cum uires tantum extollere non possunt, quantū est animali necessarium, in media operatione s̄sistit, nam primo quiescit, deinde iterum maiorī impetu mouetur. Itaq; ingeminat, ut similis ploranti puero uideatur. Secundo apparet instrumenti duritiem hoc efficere posse, quia si non prompte sequatur attollēte potentiam, propter duritiem uiolenter attollitur, & quasi uibratur. Tertio non est opus probare de dispositione simili conuulsioni, quod faciat interruptum hunc sp̄ritū, quia manifestum est, præsertim cum sit similis conuulsioni ex inanitione, quæ periculosisima est.

Q V A R T O Galenus docet, hoc non posse intelligi in aphorismo in frigida dispositione, nec in humida. Certū enim est, si frigus thoracis musculos, uel neruos apprehenderit, his instrumentis duritiē quandam innasci. Et etiā superuenire potest dispositio conuulsioni similis; tamen in his aphorismis intelligi non potest, quia hæc à febre sanaret. febris enim apta est materias illas frigidas resoluere, uel frigidā qualitatem demere, itaq; malū non esset, si cū febre esset, inde cum in morbo acuto sit febris, alia dispositio induci nō potest, quādā uel durities, uel similis conuulsioni passio ex siccitate, uel uirium

RR imbecillitas

imbecillitas, sed quicquid horum in causa sit, bonum non est, quod in acuto morbo contingat.

QVINTO docet, Si intelligamus per luctuosa suspiria, motionem istam instrumento, respirationi seruentium, iam habes aphorismi expositionem. At si per luctuosa suspiria illa intelligas quae praeter motionem, aliquid etiam habet sonitus & euulatus, qualis est in ploratis, ppter causas iam assignatas, dolorosam quandam dispositionem ostendit, ex qua tanquam flentes, uel gementes, uel mixtum quendam sonum ex utriscumque facientes in hunc modum respirant, scilicet & ingeminantes spiritum, & etiam cum sonitu doloroso, qualis fit in plorantibus.

Quod legitur, Si itaque de sola tacta motione, legi debet de sola dicta motione, nam contextus Graecus ita habet, ε μὲν οὐδὲν ἡλικία τῆς ἀρρενεργείας κατέχεται.

APHORISMVS LV

Dolores podagrī, uere, & autumno magna ex parte mouentur.

BRASAVOLVS

NVLLA sunt anni tempora, & nullæ partes, in quibus humores magis mouentur, nisi uer, & autūnus, nam in hyeme ob frigiditatē intus latitant, in estate ad cūcunferentia dissipati sunt, & per externas partes uagantur; sed in uere ab intrinsecis partibus ad extrinsecas, in autumno ab extrinsecis ad intrinsecas mouentur: propterea facile est, quod in his temporibus ad aliquas imbecilliores nostrī corporis partes decumbant, quales sunt pedes, & ideo uere & autūno dolores podagrī magna ex parte mouentur, nam pituitosi humores, & alij hyeme geniti, in uere eliquantur, & ad illas partes transcurrunt, quas imbecilliores inueniunt. In autumno ob aestatis uictum, quia multos horaeos fructus comedunt, & uis concoctrix est imbecilla, propterea multi etiam humores geniti sunt, qui postea in autumno ad intrinsecas partes commouentur, unde ad pedes, aut manus decumbunt, aut ad alia membra, & arthritides faciunt.

τὰ πόδαρες. idest, Dolores podagrī,] per quos omnes omnium iuncturarū dolores intelligit, & omnī nostrī corporis partium. In antiqua translatione hic aphorismus ita legitur, Podagrīca & maniaca uere & autumno mouentur ut in pluribus, tamē nec antiquus codex noster, nec Aldinus habet illam particulā, maniaca, at in hagonensi codice ita legitur τὰ πόδαρες καὶ μανικά τὸ πρὸς καὶ τὸ φθινοπώρος κρίνεται τῶν πολύ, tamē si hic adsit hec particula, nihil refert, quoniam & in uere ratione motus humoris, & in autūno, cum ab estate superassante, tum ab ipso autūno, cuius qualitas est atrabilaria, mania fieri potest, & in his temporibus maxime fit, nam & ipse Hippocrates libro tertio Aphorismorum aphorismo uigesimo dixit, in uere fieri maniaca, idest, furores, & articularum dolores: in aphorismo uero uigesimo secundo iterum dicit in autūno fieri maniaca, & coxendicum dolores, propterea si haec particula aphorismo addita sit, uel nō addita, nihil refert, quoniam & ipsa uera est.

τὰ ἡρῷ. idest, uere] mouentur, quoniam & materiæ que in hyeme genitæ sunt, commouentur, unde & à Philotheo dicitur: οὐλόγες τῷ περ τῷ πάθει κινοῦται, δέσποτη χρυσός ἢ αὐτῷ θρημῷ ὅπῃ συμμετρως τῆς προστικήσεως ἢ λευκῶν ὑλῆς γίνεται, καὶ ἀποθάνεται τῶν ιχνηρῶν πάπων, ὥστε τὸς ἀδημάτων, τοτέστη τὸς πόδαρες, idest, haec passiones in uere rationabili tempore mouentur, quoniam in ipso (scilicet uere) medicocriter calido existente fit effusio materiae per hyemē antecongesta, & à locis fortibus ad debiles, hoc est pedes detruditur.

Καὶ τὸ μεταπόρευον, uel φθινοπώρος κινεῖται, idest, & autūno mouentur,] quia & fit humorum motio ad extrinsecas partes, & ob aestatē quae praecessit membrum imbecilla sunt, & praecessere fructus horaei, qui multos humores putredini aptos genuere, & ob calorem aestatis debilitatem uis concoctrix erat imbecilla, unde & Philotheus dicit, καὶ μὲν οὐδὲ ἢ τὸ φθινοπώρῳ, οὐδὲ τὸ κατεβαλλεῖσθαι τὸς διωκέσθαις ἵστος τῆς ἀναμαλῆς μυστηρίας, τὸτουργὸς κατεβαλλούσιν, διάφοροι τίκτουσι χρυσοί, καὶ πρὸς τὸς ἀδημάτων, καὶ κάτω τόπος διοκέσθαις πόδαρες ποιεῖσθαι, ἀλλοι τὸ καὶ οὐδὲ τὸ γάνων ἀποκλεῖσθαι τῶν ἀθροισθεῖσιν ἢ θρεπτοχρυσιαν, idest, equidem & in autūno, quoniam uires ab inaequali intemperie prosteriuntur, his enim prostratis uarij humores generantur, & ad imbecillas, atque eas quae deorsum

deorsum sunt partes impulsi podagram faciunt. Aliterq; quoniam in ipso malorum humorum copia in aestate congesta laxatur.

ως ἀδι τὸ πλάνον. Ita habet Aldinus codex, noster uero antiquus ως πλάνον, id est, ut plurimum, magna ex parte.] nam raro est, quod in aestate, uel hyeme moueantur, tamen quandoq; etiam in his temporibus mouentur.

G A L E N V S

P O D A G R I C Æ paſſiones, ſicuti & omnes aliae articulares uere augētur, atq; ideo ipſe ſuperius in enumeratiōe morborum uernalium, etiam articulariū cōmeminīt, in quibus ſcilicet etiam podagrī continentur. Excitantur quidē aliquando & autumno his quibus per aestate tempore quo fructus maturantur uitiosi alii humores ſuent coaceruati. Oſtenſum enim à nobis eft in commentarijs de potentij naturalibus, quod ſingulis partibus, ſicuti aliae potentiae, ita & illa ineft, quæ materias infeftas excenit. Infeftant autē aliquoſ ſua multitudine aggrauantes, aliae uero extranea qualitate. Secundum utrumq; igitur hiſ qui hiberno tempore in uictu deliquerint, poſtmodum uero diurnas paſſiones excitantur, fuſis humoribus, mox à fortibus ad loca debilita detruſis. Secundum alterum uero tantummodo autumnali.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, paſſiones podagrīcas, ſicuti ſimpliſter omnes articulares uere augeri, propterea in tertio Aphorismorum libro aphorismo uigefimo Hippocrates in enumeratione morborum ueris de articulari morbo mentionem fecit, ſub hoc au tem morbo podagrīca paſſio continentur.

S E C U N D O docet, podagrīcas paſſiones quandoq; autumno excitari, ſed hoc po tiffimum in hiſ fit, quibus per aestate tempore quo fructus maturantur, uitiosi humor es coadunati ſint. Galenus ex hiſ dictis uidetur inferre uelle, raro in autumno fieri. No biſ autem uidetur hoc certam regulam non habere de comparatione ueris & autunnis: nam multos indies uidemus, quibus ſolum in uere, alios, quibus ſolum in autūno, alios quibus in uere & in autumno, alios quibus quater in anno haec paſſiones mouentur. nec iſtud tibi mirum uideatur, nam ſi medicam artem exercebis, facile experire poteris alioſ in aestate ſolum, & aliquoſ ſolum in hyeme hos affectus incideſt.

T E R T I O docet quod in libro De potentij naturalibus oſteſdit, omnem noſtri corporis partem quatuor potentias habere, & inter alias habere uim expultricem, quæ infeſtas materias excernit.

Q V A R T O docet, aliquas materias ſua qualitate infeſtare, aliquas ſua quātitate. Illi qui in hyeme delinquentes in uictu humor es coaceruarūt, & propter quantitatē, & propter qualitatē malā, adueniente uere diurnas paſſiones incidunt, humoribus fuſis à locis fortiioribus ad imbecilliora. In autūno autē haec non cōtingunt ob quantitatē & qualitatē, ſed ſolit secundū alterū, ſcilicet qualitatē, tamē & ob quantitatē fiuit etiā morbi diurni in autūno, & podagræ, quia & ſi aëſtas præceſſerit, quæ exſiccat humorē, p̄ceſſit etiā cōcoetricis uirtutis imbecillitas, & p̄ceſſere horarij fructus, quorū oēs ferē implēt.

A P H O R I S M V S L VI

I N morbis melancholicis ad haec periculosi decubitus, stuporem corporis, uel conuulsionem, uel furorem, uel cæxitatem ſignificant.

B R A S A V O L V S

R E C E N T I O R E S huius aphorismi interpretes Hippocratis ſenſum hūc eſſe putarunt. Subitæ melancholicorū morborum mutationes ſunt periculose, quoniam unum ex hiſ quatuor quæ ſequuntur, inducunt. Hippocrates autem de mutatione quidē melancholici morbi uerba facit, ſed non de ſubita mutatione, unde & hic à Philotheo dicitur, ων ποὺ μελαγχολίας θαλέγεται, καὶ ποὺ μετεστάσεως ὑπὸ τῆς προσόσθιας ἀνθη, καὶ θαλέγεται ποὺ νοσημάτων. id est, Nunc de melancholica diſputat, & de materiæ mutatione iſlam præcedente, & ſucceſſione aliorum morborum. Erit igitur Hippocratis ſenſus: in melancholicis morbis materiam ad hęc, id est, ad has partes decumbere periculofuſum

RR 2 eſt. nam

est. nam significat, aut apoplexiā, aut conuulsionem, aut furorem, aut cæcitatem. Et si petas ad quas partes. en si ad oculos, cæcitatem significat; si ad neruos, conuulsionem; si ad cerebri uentriculos, apoplexiā; si ad cerebri substantiam, uel minyngas, furorem, idest, atram bilem. unde & a Philotheo ita præcise exponitur, dicente, ὅτι ἀν τωσ μελαχρηματικοῖς πνὸς ἀποκίνθινοῖς τοιδυτηύλαι οὐτι μετάθεση εἰς τὰ δέ, ὥδινθωσ. εἰ πρὸς τὸν οὐφθαλμὸν φύκειν ποιεῖ τύφλωσην. εἰ δὲ τὰ νεῦσα, απασμός, τὸν γάπηδειν χρονιδίον, εἰ δὲ τὰ λείας εμφραγμένα τοιιλας τῷ εγκεφάλῳ, ἢ σώματος καλύψην, διαπληγέντα δρυάζεται, εἰ δὲ πρὸς τὸν μωσιγγανόν, ἀπτελεῖ μανίαν, τοτέ τὸν ὄνοματονεύλων μελαγχολίαν, idest, Quoniam, si aliquo à melancholia occupato, talis materia per transmutationem ad hanc decubuerit, periculosem; si ad oculos delata sit, cæcitatem facit; si ad neruos, conuulsiones illas quæ ex plenitudine fiunt; si autem uehementer obstruxerit cerebrorū uentres, quos corpus uocant, apoplexiā, idest, morbum attonitum facit; at si ad pelliculas, furorem facit, hoc est uocatum melancholiā, ut ex his totius aphorismi intellectus facile haberi possit. Galenus aphorismi intentionem uelut notam omisit.

Τοιοι μελαγχολικοὶ τοσιματοῦ. idest, In morbis melancholicis.] quicunque illi sint, uel in cerebro per essentiam, uel in alio membro, ut est hypochondriaca passio.

Ἐτ τὰ δέ ὥδινθωσ αὖ ἀποκίνθισε. idest, ad hanc periculosi decubitus.] idest, periculosi sunt materierum descensus. ad hanc, idest, ad has partes, quæ sequuntur, uel ad hos morbos, qui sequuntur.

ἢ ἀποπληγῶν. idest, uel Apoplexiā. idest, attonitum morbum, non stuporem corporis, ut Leonicenus interpretatur, fit autem hic morbus quandoq; ex atra bile, ut Galenus in cōmentatione testatur. sed quod coegit Leonicenum, corporis stuporem interpretari, fuit uerbum, quod sequitur, scilicet τῷ σώματος. nam simpliciter non dicit Apoplexiā, sed corporis apoplexiā. At nō uidetur esse aliqua corporis apoplexiā, sed bene corporis stupor inuenitur. Codicem quandam uidimus, qui illam particulam τῷ σώματος, illi coniungebat τῷ τάξῃ, ut dicēdum uideretur, ad hanc corporis, idest, ad has corporis particulas, τῷ τάξῃ μόνον τῷ σώματος. idest, ad has corporis particulas, tamen quicquid sit, etiam si illa particula corporis ad apoplexiā referatur, apoplexiā est in toto corpore, cum principium neruorum totius corporis occupet, fiet autem apoplexiā, cerebri uentriculis ab illa materia occupatis.

ἢ ωσμογ. idest, uel conuulsionē.] neruis ab hac materia occupatis, & plenis, hanc ex conuulsione ex repleione nuncupabitur.

ἢ μανίαν. idest, uel furorem.] per quem interpretes non uerum furorem, sed melancholiā intelligunt: quia uerus furor ex bile flava superassita fit, tuncq; fit, cum cerebri pelliculas occupauerit.

ἢ τύφλωσην σημαίνει. idest, uel cæcitatem significat.] Si hic humor oculos pertingat. Hunc aphorismum ita quandoq; intelligebamus, in morbis melācholicis decumbere, & nō moueri, sed iacere diu, est periculolum ad hoc, quia significat unū ex quatuor enumeratis, immo adde & morbi comitiale, quē sub apoplexiā intellexisse nō dubitamus.

G A L E N V S

FIVNT quidē & propter pituitosum humorē apoplexiā, & conuulsiones, & cæcitatem oculorū. Fiunt aut & propter melācholicū, quoniam cōmuniſ utrīq; est crassitudo, non tamen furor est paſſio cōmuniſ. Nunquam enim hanc ex pituitoso humore ortum habet, cum ad eum humor irritans, ac mordens exigitur. Tales autem sunt semper quidem flava bilis, melācholicus autem humor non semper, sed cum supramodum exustus, aut putrefactus malignam induerit acriditudinem.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, hanc tria, Apoplexiā, conuulsionem, & cæcitatem, ob pituitosum humorē fieri, & hoc uerum est ut plurimum; tamē quandoq; etiam fiunt ob melācholicum, quoniam est cōmuniſ utrīq; scilicet humorib; crassitudo, hoc uocabulū crassitudo in nostro antiquo codice legitur πάχης, idest, crassitudo, in Aldino uero πάχος, idest, paſſio. Nos potius laudamus, ut legatur πάχης, idest, crassitudo, quia si paſſio dicatur, non potest dici utrīq; cū sint tres paſſiones numeratae, nisi dixeris, quod intelligit paſſionē, idest, prædictas paſſiones esse cōmunes utrīq; scilicet humorib; tam pitui-

nam pituitoso, & melancholico; tamē si legas crassitudo, non est opus intelligere quod sit æqualis crassitudo in pituitoso & melæcholico, sed quod utriq; humores sunt crassi.

S E C V N D O Galenus docet, furorē non esse passionē cōmūnem, quia furor numq; fit ex pituitoso humore. Nam semper exigitur humor irritans ac mordens, qualis est flaua bilis: nec etiā melæcholicus humor hoc semper efficere potest, sed solum cum præter modum exustus, aut putrefactus malignam induerit acritudinem. Hæc secunda pars suadere uidetur, quod in prima legendum sit passio, & non crassitudo, quoniam statim post primam partem sequitur, furorem non esse passionem cōmūnem, scilicet utriq; humoribus, sicuti sunt alia numeratae passiones. hicq; nota in aliquibus contextibus legi furor in recto. In Aldino, & in nostro antiquo in obliquo est σ μλω της της μανιας οι νοτην, idest, non tamen est communis furoris, scilicet passio.

Quod legitur, Nunquam enim hic, legi debet nunquam enim hæc passio. Quippe Græce habetur το πάθος το πάπ.

A Poplexiæ autē fiunt, maxime à quadragesimo anno usq; ad sexagesimum.

B R A S A V O L V S

G A L E N V S ipse testis est, ex pituita apoplexiā ut plurimū fieri, quæ tamen in hac ætate à quadragesimo anno usq; ad sexagesimum non multiplicatur. Ideo in hac ætate rationabile non uidetur apoplexiā fieri, sed potius in ultimo senio cōtingere debet, ut in tertio libro scriptum est, & Aetius libro sexto capite trigesimali septimo ex Archigene dicit, in senio plerunq; fieri, propterea nos in huc modum dicamus. Cum apoplexiā, & ex pituita, & bile atra fiat, de illa nunc agit Hippocrates quæ ab atra bile ortum habet. In hac autem ætate à quadragesimo usq; ad sexagesimum annum, atra bilis plurimū uiget, unde & potissimum in hac ætate apoplexiā ab atra bile capiuntur, & ideo à Philotheo hic dicitur, τὸς ἐκ τοσοράνων τὸν μέρος, §. το της ἀρπληψίας πάθος καταλαμβάνει, ὅτι πλούσια μάλιστα πατέται τῷ ὁμοίῳ χυμοῖς, ὃς τῇ παχύτυπῃ φρεάτῃ παγκαλεῖται, τὸν δὲ πληρεῖται, γίνεται δὲ καὶ ἀρπλεγματος ἀρπληψία, πατέται δὲ αἰρετοῦ, ἀλλὰ δὲ πάθει τῷ νῦν ὁ λόγος τῷ ιπποκράτει. idest, à quadragesimo anno usq; ad sexagesimum apoplexiæ passio deprehendit, quoniam melæcholicus humor in ipsis maxime abundat, qui sua crassitudo obstruens apoplexiā facit. fit autem & à pituita præcipue apoplexiā, sed de his nō est sermo Hippocrati nunc. Tamen si alicui placaret de illa etiā quæ ex pituita fit, intelligere, is dicere habet, hoc fieri per accidēs, sicuti de multis morbis, qui in hac ætate fiunt, à Galeno in tertio libro per accidens fieri dicuntur, & non ratione ætatū, sed ratione inordinati uictus. nempe iuuenili ætate transfacta, in qua erant inordinatisimū, in sua illa inordinatione perseverat, cum uero ex ætatis progressu imbecilliores fiunt, apoplexiā ex pituita incidere possunt. Tamen cum Galeno potius sentiēdum est, de his uerba facere, quæ ex atra bile sunt, nam hic humor in hac ætate uiget, & magis etiā, q; in qua cuncti alii, quia in iuunioribus non fiunt, in senioribus uis cōcoctrīx est nimis imbecilla.

ἀποπληψίαι δέ, i. attoniti, uel apoplectici aut.] de his agens, qui apoplexiā incidunt.

Μάλιστα γίνονται. idest, Maxime fiunt.

τὸς τοσοράνων τὸν μέρος, idest, à quadragesimo anno.]

Μέρος εἶναι τον, idest, usq; ad sexagesimum.] præfertim de illa quæ ab atra bile fit. Sed toq; illam particulam μάλιστα determinare posse uerbum fiunt, & hanc particulā à quadragesimo anno, quam particulam potius determinari arbitramur.

G A L E N V S

NO N omnem apoplexiā, sed nuper dictam tantummodo, quæ ex atra sola fit bīle, contingit aduenire his qui dictam agunt ætatem, quoniam in his maxime abundat atra bilis humor, quemadmodum etiam in autumno. Quod si uolumus simpli citer pronuntiare, plures senes laborant apoplexiā. Si igitur sermo debeat esse uerus, iungendus est cum priore aphorismo, ac si ita diceretur. In morbis melæcholicis ad hec

periculoso decubitus, stuporem corporis qui homines occupat à quadragesimo anno usq; ad sexagesimum.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet, Hippocratem de omni apoplexia intelligentum non esse, sed de illa solum, quæ nuper dicta est, ex atra bile facta. hi enim qui in hac ætate sunt, solum hanc incident, quoniam atra bile abundant, sicuti in autumno abundat, hi uero autumno comparantur.

S E C U N D O docet, Si de omni apoplexia simpliciter enuntiare uelimus, aphorismus non erit uerus, nam plures senes apoplexia laborant, quam qui sunt in ætate à quadragesimo anno usq; ad sexagesimum, constituti.

T E R T I O docet, Si aphorismus uerus esse debeat, oportere ipsum cum præcedenti Aphorismo coniungere, & dicere, In morbis melancholicis ad hæc periculoso decubitus, apoplexiā enim corporis faciunt, quæ homines à quadragesimo anno usq; ad sexagesimum occupabit.

Quod legitur, Stuporem corporis, nos potius legendum putamus apoplexiā corporis, tamen Hippocrates solet nominare resolutionem apoplexiā, & quandoq; crus apoplecticum dixit.

APHORISMVS LVIII

Si omentum excidat, necessario putreficit.

BRASAVOLVS

O M E N T U M illa pellis est præpinguis, quam uulgs Rete uocat, in qua suilla iecula inuoluunt. Ab Arabibus zīribus, à Græcis ἐπιπλοοι nominatur, peritonæ quo-dammodo colligatur, intestino colo, & liene, extenditur supra uentriculum, iecur, lienem, & intestinam usq; ad inguina, decidit quandoq;, et in scrotum incidit, facitq; genus il ludi ramicis, quod à Græcis ὁμοιόν, idest, omenti ramix, uel zīribi hernia secundum Recentes nuncupatur, tamen & in inguina, & in umbilicū descendere potest, & ramicem ibi facere. Cum uero in unam harum partium deciderit, non est opus putrefacere, immo si sit in scroto, potest in uitæ finem (etiam si is diu uiuat) perdurare, & tamen nō cor rumpitur, propterea hic apud Hippocrate opus est intelligere, excidere, idest, extra corpus exire, non quidem totum, sed partem. Nam si aliquis vulneratus sit, & aliqua omenti portio appareat, necessariū est putrefacere, cum statim ab aere percussa fuerit. Ideo medici uidentes omenti partē, illam statim incidere solent, & reliquā intromittere. Nos in duobus vulneratis, quamcumq; partem intromittendam iussimus, tamen non putreare. Ratio autem quare putrefacit, est quia eius naturalis calor ita imbecillis efficitur, ut eius humiditatem seruare non possit, & regere, propterea calore aliquo intrinseco eger, quo reguletur, qui in ipso putredinem inducit. Quod si dixeris, extra corpus ita cito nō putrefacere. Respondemus uerum esse, quia non adeat caliditas quæ corruptionem procurat, cum sit illi impropria. Philotheus hic dicit: πίπλοοι δὲ παρελῶτες τὰ ινάδες, καὶ οἱσια πακεμένη τοῖς φύτεροις, ηγένετο γαρπί. τότε παλάκια φτῶνται τὸν ψυχογαστρίων τρώστας μεγοννίας, εἰς πίπειμόρος τι, ηγένετο γαρπί. Οὐ παθεῖ ὑπεριλογία τῆς ἔβασθην ἀσφέτη, αὐλάκη νήσιος στίπεδων. καὶ λόγος οὗτος διπορεύεται εἰκότε πάντοις τέμνενη, καὶ διτοις τηγανοροφίαι γενόνται. idest, Omētum est pinguis & neruosa substantia intestinis & uentriculo supraposita, huius saepe in inferiore uentre vulnera illata pars aliqua excidit, & quoniam facile patitur, aeri extrinseco exposita, celeriter ut putrefaciat necesse est. Iubet igitur Hippocrates partem quæ exciderit, absindere uel præcidere, & sic uentris futura uti. Tamen nos nunquam incideremus, modo diu non fuerit extra corpus, sed integrum sientes introduci iuberemus. Quod in duobus fieri iussimus, & sanati sunt. Vidi mus & quibus absclisa fuerit omenti portio, sanitati restitutos, tamen inter hos unus qui nobiscum consuetudinem habebat, deinde apte concoquere non poterat, nec istud ab re erat, quia uentriculi calorem conservat, & à natura supra intestina positum est ut illa humectet, & magis lubrica faciat,

ut feces

ut feces per intestina facilius discurrere possint, & ad anum transmitti ut exeat. Videatur autem esse sacca quædam.

Hv t πλοοι εκπεστι. idest, Si omentum exciderit.] Scilicet extra corpus, non autem extra suum locum solum, quia in Epiploce extra proprium locum est, tamen non protrahit, at exire non potest, nisi sit uulneratus, à quo exire.

Aρχην ιερατειων. idest Necesse est computrescere, quia ex aeris frigore eius naturalem calorem amittit, qui deinde non potest magnam eius humiditatem conseruare, ideo calore non sibi proprie adueniente putrescit, & hoc cito fieri uolunt authores, at nos iussimus introduci omentum quod exierat, in duobus, & sani effecti sunt forte Hippocrates intelligendus est, quando diu extra fuerit, non quando parum, quicquid à Philo theo dicatur, ipse enim ita putat, cum experientia oppositum ostendat. Hippocrates hunc aphorismum in principio primi libri De morbis ponit, sed hoc modo dicens, si percussi omentum excidat, necessario putrescit. Paulus libro sexto capite quinque gesimo secundo modum incidendi omentum ostendit, iubetq; nō esse incidendum, nisi uiderimus manifestam putredinem. Inquit igitur, at uero cū membrana abdominis rupta, omentū prolapsum est, considerari debet an pars eius aliqua humida, aut nigra sit, idēq; totū prius supra emortuā partē laqueo infecto, ne sanguinis profusio periclitetur, infra uinculum excidendum est, tum in insimo consuptionis fine uinculi capita sunt inferenda, sic, ut dependeant, quo facilius cum pure orto reijsentur, eximi possint.

G A L E N V S

PR O P T E R sermonis breuitatem falsius esse uidebitur aphorismus his qui non recte ipsum inaudierint. Quod enim dicitur huiusmodi est. Quando exciderit, hoc est quando nudatum fuerit, & extra peritonēum, idest membranam abdominis interiorē omentū exierit, non contingit ipsum ad locum proprium restitutum sanum, & saluum fieri, sicuti si aliud aliquid extra proferretur, ueluti intestinum, aut aliqua visceris fibra. Illa & enim nisi longo tempore frigescant quando uulnus in parte uentris superiorē factum ad cicatricē perductum fuerit, pristinam recipiunt temperaturam. Omen uero etiam si minimo nudetur tempore, reductum putrescit, quam ob causam medici partem illam quæ fuerit nudata, solent resecare. Hanc igitur sententiam habet aphorismus, licet confusus in uerbis dictis proponatur. Si quis uero aliquando uidit omentum, quod paruo tempore extra prodierit, & deinde ad suum locum reductum, non putrescerit, perpetuam quidem non esse probabit Hippocratis enunciationem. Illud tamen seruabit, quod magna ex parte solet accidere, & commune est huic aphorismo, ad alios ab Hippocrate dictos perpetuum quoddam ex figura dictionis ostendenti, quamuis res ipsae non semper eodem modo eveniant, sed raro aliquando aliter accident.

B R A S A V O L V S.

PR I M O Galenus docet, hunc aphorismū falso uideri, nisi quis recte intellexerit, nam quod ex aphorismo sumitur, hoc est, quando omentum adeo denudatū fuerit ut sit extra peritonēum, sanum atq; saluū intromitti nō potest, sicuti alia membra, quæ extra ad aerem posita sunt, hec enim introducuntur sana, nam intestina, aut alicuius visceris fibra extra corpus posita, nisi longo tempore frigescant, quando uulnus ad cicatricē perductum, & ipsa quoq; pristinam sanitatem recipiunt. Secus est in omento, quod etiam si minimo nudetur tempore, hoc est detegatur, ut aerem offendat, si intus reducatur, putrescit, & ideo medici partem illam denudatam, prūsquā intromittat, resecare solent, hæc est igitur Galeni sententia, quam uis in uerbis confusus esse uideatur.

Quod legitur, extra peritonēum, idest, membranam abdominis interiorē. At peritonēum non est membrana abdominis interior, nam abdomen membranā suam habet ipsum tegentem. peritonēū deinde est sub illa membrana. Intelligoq; omentum exire peritonēum, idest peritonēum ipsum & epigastrum, uel hypogastrium secundum locum in quo fuerit uulnus.

Vbi etiam legitur, In parte uentris superiori, ibi Galenus utitur uocabulo *ωμησπιον*, quod significat partem uentris ab umbilico superius.

S E C U N D O Galenus nō audens è dictione Hippocrate reprehendere, dicit, si quis uiderit omentū, quod paruo tempore extra prodierit, & deinde ad suum locum reductum

non putruerit, hic dicere poterit. Hippocratis orationem non esse perpetuam & uniuersalem: tamen hoc seruare oportebit, quod magna ex parte hoc contingit. Nos testes sumus, in duobus fuisse intromissum omentum, tamen sanitati restituti sunt, & suam propriam temperaturam acquisituere, quia illi omnia uitae munia egregie habebant, & sicut prius integra: immo unus, cui abscisæ fuit omenti portio, conualuit quidem, sed deinceps ægre concoquebat, & adhuc ægre concoquit.

TERTIO Galenus notat Hippocratis more in multis aphorismis & multis rebus, qui ex figura dictionis proponit aliqua tanquam perpetua, quamvis res ipse eodem modo semper non eueniant, sed raro aliquando aliter contingant. immo non ab re hoc facit Hippocrates, quia illa, quæ in pluribus sunt, in secundo De Physico auditu ab Aristotele naturalia uocantur. nempe res naturæ, uel semper, uel ut plurimum eodem modo fiunt.

APHORISMVS LIX

Q Vibuscunq; à coxendicu[m] dolore molestatis excidit coxa, & rursus incidit, his muccores superueniunt.

BRASAVOLVS

Quod Ischiam patiuntur, id est huius partis dolorem, quem latini coxendicum dolorem uocant, si præter dolorem os coxae acetabulum uel cotylam, uel pyxidem suam exeat, deinde incidat, id est intus recipiat, postea exeat, ex hoc iudicare debes humores superuenisse, id est partes istas esse muccore plenas, & hos muccores iamdiu partes istas occupasse, quæ habent ligamenta fortissima. Si enim tunc solum illic current, coxam exire necessarium non esset, id est os coxae nam ligamenta illa tam cito non molliuntur, ideo opus est pituitosam materiam praefuisse, quæ ligamenta emolliret. his uero mollioribus effectis, os coxae incidit, & excidit facile. Nunc puerum quendam curamus, cui os coxae excidit, quoniam humida tempora uigent, quæ toro ferent hoc anno 1538. uiguere. At cum tempora sicciora fiunt, coxa os incidit, unde nihil aliud in hoc Aphorismo docet Hippocrates, quæcum cum coxae os suum acetabulum ingredi & egredi uidebimus, statim iudicabimus muccores & pituitosos humores in hoc loco esse congregatos, & ideo Philotheus dicit ἀθεοίκεμνον γάρ ἐκέστ τυχόν φύση κοιλότερον οὐδὲν διάφρωτο τοιχια φλεγμα, σίνει πατερέχει σὸν σωματοστος, καὶ χαλαρεσ αὐτὸν ποιει, καὶ ταῦτα οὐδὲν εἰσαται, καὶ πάλιν οὐπίστει οὐκεφαλη τοιχρόν. id est, Congregata enim illuc forte fortuna in concavitate in qua coxa dearticulatio est, pituita, ligamenta quasi irrigat, & eadem mollia facit, & inde exit, & rursus illabitur (id est, ingreditur) cruris caput. Galenus in principio duodecimi libri De usu partium, docet omnem ligamentum esse adeo durum, ut tuto simul colligit, & moueri non prohibeat, neque facile abrumptatur. Postea Galenus sequitur, quin etiam hoc audis ab Hippocrate dici. Quibus humiditas subnutrita copiosior, humectat corpora circa articulos, facile his artuum capita exiliunt. eos uero qui præ horum corporum duritie prohibiti sunt moueri, non puto telater, quum uideas quotidie quantopere a motu impediuntur. Hæc Galenus, ubi uidetis huius aphorismi sententiam referri.

οὐδὲν τοιχια φύση κοιλότερον. Quibuscunq; à coxendicu[m] dolore infestatis.] Graeci ιχιον coxam uocant, ab ιχι uero, id est à coxa ιχια dicunt dolorem grauissimum in coxa. Galenus in Definitionibus sibi adscriptis, & in introductorio sibi adscripto dicit, coxendicem dolorem diuturnum esse, nec facile solui, per temporis interualla repeatem à coxa ad femora, poplites, suras, & imos pertingens talos. latini (ut apud Plinium uidere est) coxendicem dicentes, quandoq; locum ipsum intelligunt, quandoq; dolorem, & tristem in hoc loco sensationem. Paulus libro tertio capite septuagesimo septimo dicit coxendicis dolorem esse de genere arthritidis; nisi quod inhaeret coxae. Illius causa est crassus & pituitosus humor, qui in coxendice cunei instar concretus insidit, & articulat. Dolor uero eo malo obnoxios astheromatis bubo niscè loco

niscq; loco ad genua usq; infestat. In plerisq; autem usq; ad extimum pedis calcaneum. Aetius uero libro duodecimo capite primo de hac re copiosius agit, nempe simpliciter uerum non est, quod dolor usq; ad extremos pedes, uel ad genua tendat, sed uarios dolores affectus facit, in uarijs hominibus, nam hoc malum quādoq; est in uiciniis musculis, & maximē in lumbis, ibiq; initium habere uidetur. aliquando affectionis initiū ab ipsa iunctura exorditur. Quandoq; etiam contingit, ut uertebri dolore ferè sublato, circa poplitem solum afflictio hæreat. alijs aut iuxta talum, quibusdam aut totum crus dolore affligitur, multis item circa inguina dolor figitur, & tunc sanè uelsa ipsa molestiam transsumens, urinæ difficultatem inducit, & tunc maximē totum crus à coxendicibus usq; ad calcaneum dolorem profert. Verum si etiam aliqua alia pars corporis agitetur. Statimq; omnes causas subiecit Aetius, ex quibus coxendicis dolor fieri poslit, inquiens, Generant autem hanc affectionem assiduae cruditates, & immodicus rei uenereæ usus: aliquando etiam deambulationes concitatores, & hæmorrhoides supprese, & uomendi consuetudo intermissa, & purgationes menstruæ, aut etiam aliae familiares excretiones impedit, & exercitiorum contemptus. Sed Hippocrates ipse in libro De morbis qui extra, fere in medio dicit: coxendicum dolor cum sit, coxendicis iunctura dolitat, acetabulum, summae nates, totūq; crus. In libro uero De morbis qui intus, propè finem, de coxendice ex ambulatione per solem facta agens, & de illa etiam quæ ab alijs causis, dicit, Coxendicum dolor de illis præcipue caulis, & alijs gignitur præterea multis, si diutius quis sub sole ueretur, & eat, coxendicesq; calefiant, humorq; horum articulorum, & aliorum æstu siccescat, & cogatur. Quod sic esse coniector, languens enim fleret hos articulos & alios præ dolore qui inest, nequit, digitū compinguntur, lumbos, uertebras, quæ secundum coxendices sunt maximē dolet. Coxendices, inguina, genua, graui, & testuofus dolor uexat. Si quis eum moueat, præ dolore uehementer gemit, quandoq; neruorum conuulsioni frigus & febris superuenit. Coxendix etiam bile, puita, sanguineq; gignitur, tanquam omnibus his malis laboret, similiter dolitat: quandoq; etiam friget, & leniter febrif. Post hæc eius curationem prosequitur Hippocrates.

Efisat tu τὸ ιχιόν, καὶ πάλιν ἐπιτίθεαι. idest, Excidit coxa, & rursus incidit.] Ita ut facile os exeat, facileq; introducatur? Hippocrates in libro De luxatis, hoc humiditati attriuit, præsertim quando hoc est absq; inflammatione, & idem facit in hoc aphorismo dicens, τοτέσιον μυψαὶ ὑδρίονται. Noster antiquus codex legit ἔγγιονται, quod ad Hippocratis sensum nihil facit, idest, Iis mucores superueniunt, uel congeniti sunt. Nam ut in libro De luxatis inquit, de Ischia, idest coxa loquens, inquit, Quibus autem foras sine inflammatione crebrius excidit, hi liquidiore & humidiore crure utuntur, sicuti manus pollex, qui maximē suapte natura excidit, quibusdam facilius uel difficilius, quibusdam spes est, uel metus celerius excidere, quibusdam saepius excidit, & plura alia ibi de hac re ab Hippocrate dicuntur. tu librum illum integrum lege, si tibi menti sit coxendicis, luxationem ad libellam intelligere, & etiam aliorum ossium: sed hoc os absq; inflammatione excidere debet, & sine aliquo casu, si mucores esse prædicere debeat. Sunt uero mucores humidæ materie pituitosæ, glutinosæ, mucis similes, quas Hippocrates hic μυψας uocauit. nunc recentes greci genus quoddam prunorum μυψας appellant, quod uulgus sebentes nominat, & istud ob hanc rationem, quia uisci quodam genus ex eo fiat. hic autem ambigere poteris, an hic de uera ossis luxatione sermone sit, an non. Respondemus, luxationem (ut idem Hippocrates in libro De luxatis docet) in coxa quadrupliciter fieri in interiorē partem, & hoc frequentius fit quam aliqua alia, Recentes dicunt in partem domesticam fieri, in quo casu crus longius efficitur: quandoq; fit in exteriorē partem, tamen rarius contingit, & tunc crus est breuius, quandoq; in anteriorem uel posteriorē partem fit, quod rarissime contingit. Tamen alter est modus, quo potest rotundum feminis caput à cotyla, quae est coxae sinus, ita excidere ut laxetur articulus, non luxetur, quod Recentes elongationem neruorum appetant. Arbitror Hippocratem in hoc aphorismo hunc excidendi modum potissimum intelligere, quāuis & ad omnes alias luxatiois species ampliari possit. Sed hæc luxatio à pituitosis humoribus atq; humidis potissimum fit, qui mucorum naturam habent. luxationē, quā exarthrema uocat Paulus, dicit coxae solū contingere. Tamē & nos experien-

tia uide,

tia uidemus coxam pararthremati, id est luxationi subiacere, nam luxatur, & exit cotylam, atque ingreditur etiam nullo adiuuante in aliquibus pueris, qui a principio ita habet. Opus igitur est de patientibus exarthema, id est, luxationem, & pararthrema, id est, in coxedice laxationem, aphorismū intelligere, quoniam utrumque ex mucosis & pituitosis humoribus contingere potest. Tamen quia ab Hippocrate dicit excidere & incidere, quod sepe fieri oportere significat, propterea ipsum potius intelligo in pararthremate, id est, laxatione, quam luxatione, sed tamen laxatio, quam luxatio claudicare faciunt. Galenus præterea in commentatione ostendere uidetur sermonē esse de laxatione, & non de luxatione. In laxatione etiam sit longius crus, sed non per illum modum, per quem longius sit, quando in anteriorē partem luxatur, sed eo solum modo, quo ligamenta longiora efficiuntur.

G A L E N V S

SÆPE in articulis humor pituitosus aceruatur, quem mucorem appellant, a quo madefacta articulationis ligamenta laxiora redduntur, atque ideo facile a cuitate articulus excidit, & rursus non cum difficultate incidit, quae nunc ait accidere his qui ita morbo laborant coxendicū. Quando autem coxam ait excidere, articulum coxae debemus intelligere, quomodo etiam in libro de articulis dicebat: Humeri articulum uno modo noui lubricare, ac si dixisset articulum secundum humerum.

B R A S A V O L V S.

PRIMO Galenus docet, sepe in articulis pituitosum humorem aceruari, quem μέλαν, id est mucum vocant, a quo madefacta ligamenta laxiora redduntur, & propterea a cuitate sua facile excidunt, atque incident, nunc ista contingere dixit ijs qui ita dispositi sunt.

Quod legitur, quae nunc ait accidere ijs qui ita morbo laborant coxendicū, græce habetur, ἀλλα τοῦ νῦν φησι τοῖς οὕτω σφραγίδοις συμβάνειν ιχναθνοῖς, id est, Quæ nunc ait accidere ijs qui ita dispositi sunt in coxendicū dolore.

SE C V N D O Galenus docet, cum dicatur coxam excidere, coxae articulum intelligendum esse, sicuti ab Hippocrate in libro De articulis dictum est: humeri autem articulum uno modo noui lubricare, ac si dixisset articulum secundum humerum.

A P H O R I S M U S L X

QVIBUSCUNQ; à coxendicū dolore molestatis diuturno excidit coxa, his crus tabescit, & claudicant, si non urantur.

B R A S A V O L V S

HI C aphorismus præcedenti iungendus est, ut Galenus in commentatione faciet, eius uero sententia talis est: qui diu coxendicū dolore afficiuntur, & excidit coxa, et etiā incidit, crus tabescit: quoniam tota hæc pars imbecillis facta est, & ligamenta ob intensum dolorem, & ob mucores, quos in præcedenti aphorismo superuenire dicebat, & ob frigiditatem inductam, quo illorum meatus obstructions fiunt, per quos nutrimentum ad cruris partes deferri oporteret, hiq; claudicant. nam hac parte imbecilliore redditum supra quam totum corpus firmari debet, & cum coxa simul acetabulum exiuerit, claudicare necesse est nisi urantur. nam per unctionem pituitosæ materiæ resolutiūt, & crus fortius redditur, atque ligamenta, & obstructi meatus aperiuntur: propterea per hunc curatōnis modum sanari possunt, & non per alium. Tamen Paulus Aegineta libro sexto capite 120. oppositum dicere uidetur. nam dicit, eos quibus diu exciderit coxa, non posse sanari, hoc tamen non est aphorismo oppugnans, quia nunc excidere posset, & longum præfuisse dolorem.

Οὐσιώπη ζωή ιχθύος ὑποχλωμάτη χρονίς, id est, Quibuscunq; à coxendicū dolore infestatis diuturno.] Vt hæc particula diuturno coxarū dolorem determinet, nam non est opus, coxam iamdiu exiuisse, sed tunc exiuisse satis est, & hoc factum sit absq; inflammatione, & absq; casu, sed sponte ex emollitione in loco ob humores supraveniētes facta, qui ligamenta irrigant, & emolliunt.

m ixioy

Tριχιον ουσια. idest, Excedit os coxae uel coxa.] Exit inquam proprium acetabulum humratione humidorum humorum, qui illuc decurrerint.

Τετροιοι φθίνει τὸ σκέλος. idest, lis crus tabescit.] Idest, extenuatur, & nutrimentum non recipit, ob imbecillitatem & obstructionem à pituita factam, quae nutrimentum ad crus ire non sinit, unde extenuari opus est.

Καὶ χωλεύεται. idest, Et claudicant, ob imbecillitatem, quam in crure habent, potissimum in coxa. & Hippocrates in libro De locis in homine, dicit: cumque humoris plurimum illuc defluxerit, multum claudicant: cum parum, non adeo afficiuntur. Notaque nullum esse remedium, quo curari possit, quia sunt confirmati, præter id quod ab Hippocrate statim dicitur.

Ei μὲν καυθάσησι, idest, Nisi urantur.] Quod sit cädenti ferro, cū hi sint in hoc confirmata, idq; ut Paulus dicit li. tertio ca. septuagesimo septimo tribus aut quatuor locis fiat. In sexto aut lib. adustionē supra crus facit. Hippocrates ipse in lib. De morbis qui extra de coxendicū dolore uerba faciens dicit: si uero locum unum dolor uexet, quem medicamenta non pellant, linamento locum perurito. Aetius libro duodecimo cap. tertio multis unctionis modos in hoc casu refert, qui tum per ferreos cauteres igni candefactos sunt, tum per ea quibus uice ignis utimur, & quae uocantur potentialia cauteria, qualia nunc sunt etiam potentiora quam antiquitus inuenta essent. Tamē Aetius omnia hæc facit supra coxae iuncturam, & Celsus libro quarto capite uigesimo secundo dicit: ultimum est, & in ueteribus quoq; morbis efficacissimum, tribus aut quatuor locis super coxam, cutem candardibus ferramentis exulcerare. Celsus igitur supra coxam adurit. Hoc dixi quoniam recentes in capitib; commissura hoc faciunt. Illud autem est, quando defluit a capite prouenit. Philotheus & ipse aphorismum hoc modo interpretatur, καὶ σὰ πόλος μύεται, ἀπὸ πλάσιου θεραπευτικοῦ ιχνίου γρήνεται χόλωσις τὸ σκέλος, ἀπὸ λοσθίσται δὲ θεραπευτικοῦ ιχνοῦ ἀπροφίσει, ὃς περὶ φύσιν εργάζεται κακοστος. Έτοι μὲν φθίνει τὸ σκέλος, ηγχεῖται τὸν ιχνόν ιχνάσθει φύσιλορθίων, εἰδὼν μὲν καυθάσην, εἰδέντες τὸν πάχεσιν. Ηγχεῖται τὸν μυξαῖς ἐπιπήσσονται γράπτεις ηγάπαιαν, καὶ εργάμενοι γίνονται οἱ σωθεσμοι, καὶ τὸ πλέον, καὶ τὸ ιχνόν φύσιν ἀρκετίσανται. Καὶ λοιπον δὲ ἐπεκπίπτει ηγχεῖται τὸ μηδέ τὴν ιχνάσθει φύσιν. idest, Et si ob mucoris multititudinem coxa plena eo quod detritum est manet, cruris claudicatio fiet, sequitur aut de necessitate & mala habitudine quae ἀπροφίσει dicuntur. Quamobrem motu secundum naturam priuat, sic quidem contabescit crus, & claudicat ob ea quæ coxendicem perturbant, nisi urant. Si uero urant, nihil horum patiuntur. ustio enim mucorem illapsum exiccat, & consumit, & solidum sunt ligamenta & cutis, & in id quod est secundum naturam restituuntur, & deinceps coxae caput à cauitate amplius non excedit.

G A L E N V S

HVNC aphorismum non debemus à superiori sciungere, sed ipsum cōtingentes, ita unum audire sermonem. Vult enim dicere quod à coxendicū morbo molestatis, quibus propter muccoris multitudinē articulus excidit & rursus incidit, necessarium est processu temporis os contabescere, nisi prius urendo muccorem exiccemus, quod in libro de articulis consultit fieri in brachio iugiter excidente. nam & nunc eadē est sermonis uis, cū ipse suadeat adūri quod secundum coxā, ut in lib. de articulis docet, ut & id quod muccosum absumatur, & ut laxitas cutis ad quā articulus lubricabat, magis ex adustione cōtracta, arctet, & prohibeat trāponi. Quod si ob multitudinē mucoris extra suum locū diu coxa steterit, est quidē iam hoc cruris claudicatio, necessario contabescet, ut etiā alijs solet accidere priuatis motibus qui illis sunt secundum naturā.

B R A S A V O L V S

PRIMO Galenus docet, hunc aphorismum nō esse à præcedenti sciungendum, sed illi hoc modo continuandū: à coxendicū morbo molestatis, quibus propter mucoris multitudinem articulus excidit, & rursus incidit, necessariū est processu temporis crus cōtabescere, nisi prius uretes mucore exiccemus. quod in li. De articulis Hippocrate docuisse testatur Galenus in brachio iugiter excidēte: sed inquit, eandē esse uim sui sermonis hic in coxa, quae adūri debet, ut id quod muccosum est, absumatur, & cutis laxitas, propter quā articulus lubricabat, ex adustione cōtracta magis arctet, & transponi prohibeat.

Vbi legitur

Vbi legitur, Necessarium est processu temporis os contabescere, legendum est, crus, non os, nam grece habetur, ἀναγκάσιον δέ τὸ κρόνων φύειν τὸ σκέλος, idest, necessarium est processu temporis crus contabescere.

SECUNDUS docet, Si ob muccoris multitudinem, diu coxa extra suum locum per se uerauerit, haec est claudicatio, & crus non nutritur, ut alijs partibus contingere solet, quæ suis motibus secundum naturam pruuantur.

Quod legitur necessario contabescere, græce est ἀναγκήσιον δέ τὸ κρόνων φύειν τὸ σκέλος, idest, consequetur autem & ipsi ex necessitate innutritio, uel (ut Plinius exponit hoc uerbum στρέφει) non sentire nutrimentum.

Quod etiam legitur, Ut etiam alijs solet accidere, legendum est, ut etiam alijs omnibus solet accidere. Græce etenim est, καθόντες τοῖς ἀλοισ ἀπαντοῦ.

SEXTI LIBRI
FINIS.

SO AD MAGNIFICVM COMITEM BONI-
FACIVM BIVILAQM COMPATREM CA-
RISSIMVM, ANTONIVS MVS A
BRASAVOLVS.



VLLVS EST in hac inclyta urbe Magnifice Compater, quantumvis à Musis & Gratijis auersus, qui te non colat, ueneretur, ac obseruet. Id uero potissimum faciunt litterarum cultores, quibus liberali quodam animo faties, quorum dignitatem, quantum in te est, tueris & amplificas. Quid igitur ego acturus sum, cui tuæ praefataes uirtutes ex longa consuetudine, quam alteri cuiquam notiores sunt: & tui probissimi mores familiariter perspecti, ex illa, que iam diu inter nos coaluit, amicitia, non possum te nō summopere amare, suspicere, atq; obseruare, & ueluti tuba & clarissimo praœconio de te passim predicare, tuaq; gesta promulgare. At cum hæ amoris, & benevolentiae coniunctiones nullius propè momenti esse uideantur: certe nō adeo sint future diuturne, nisi aliquo certo testimonio innotescant; propterea ut animum nostrum (quem tamen scio te iam diu, uel à primis radicibus, ut quidam inquiunt, nouisse) certius ac illustrius cognoscas, statuimus hunc septimum laborem tibi inscribere ac dicare: tibi inquam benemerenti, & qui gratiam aliquam ipsi operi tuo iudicio es allatus. Accipe igitur Compater Magnifice munusculum hoc, non quidem te tanto uiro dignum, sed qualecunq; ab amiculi manu prodire poterit. Speramus tamen tibi non displicitum, nō tam suo genio, suaq; elegancia, quam tua singulari humanitate ac modestia: tum ob uehementem, quo me prosecutus es amorem. Qualecunq; ergo sit hoc munus, speramus te læta fronde accepturum. Quod si feceris, & nos interim alia forte in tui gratiam meliora moliemur. Vale mi Compater benignissime.